

270
Jón

1/40

SYNTAGMA

HISTORICO - ECCLESIASTICUM

DE

BAPTISMO

SOCIISQVE SACRIS RITIBUS,

IN BOREALI QVONDAM ECCLESIA USQVE AD REFORMATIONEM OBSERVATIS,

EX

MONUMENTIS PATRIIS

TAM SACRIS QVAM PROFANIS,

MAXIMAM PARTEM MANUSCRIPTIS,

CONTEXUIT

JOANNES OLAVIUS, HYPNONESIO-ISL.

THEOL. ET ANTIQQ. PATRIÆ STUDIOSUS.

ACCEDUNT

INDEX RERUM, ET COPIOSIOR VOCUM ANTIQVARUM HIC OCCURRENTIUM SYLLABUS, CUM EXPLICATIONE ET SELECTIS ETYMOLOGIIS.

HAFNIÆ, 1770.

TYPIS AUGUSTI FRIDERICI STEINII.

Imprimatur,

Dignissimum luce publica scriptum,

J. C. KALL.

ILLUSTRISSIMO

ATQVE

EXCELLENTISSIMO

HEROI TOGATO

OTTONI COMITI DE THOTT,

TOPARCHÆ IN GAUNOE, LINDESVOLD
ET STRANDEGAARD,

ORDINIS ELEPHANTINI EQVITI,

SACRÆ REGIÆ MAJESTATI A CONSILIIS INTIMIS ET
SECRETIS, SUPREMO CANCELLARIÆ DANICÆ
PRÆFECTO, REI ECCLESIASTICÆ PER UTRUMQVE REGNUM PRIMARIO INSPECTORI, COLLEGII DE CURSU
EVANGELII PROMOVENDO, REGIÆQVE
SCIENTIARUM SOCIETATIS
PRÆSIDI.

ATHENÆI, QVOD HAVNIÆ EST,
PATRONO BENIGNISSIMO.

HOC SYNTAGMA HISTORICO-ECCLESIASTICUM,

QVA PAR EST VERECUNDIA,

SACRUM ESSE JUBET

CULTOR SUBMISSISSIMUS

J. OLAVIUS.

ILLUSTRISSIME
ATQVE
EXCELLENTISSIME
COMES.

Devota obſervantia & ſubmiſſio, qvam Tibi Comes excellentiſſime, ut muſagetæ gratioſiſſimo & ſummo Maecenati, omnes debent hujus academiae cives, graviſſimam offert cauſam, cur hoc ſtudii antiqvarii ſpecimen Tuo conſecrem illuſtriſſimo nomini, qvod ingenuis qvibusqve literarum

 culto-

cultoribus ex aeqvo ſacrum eſt, & auſpicatum: qvamvis vero illud meum opuſculum haud mereatur, qvem ambit, honorem ſibi tantum præſcribens nomen, paratam mihi fore veniam ſpero; pro re qvidem nata, de Tua confiſus gratia & bona voluntate, in omnes honeſtam vitam cum literis colentes alioqvin propenſa. Deus optimus maximus, per ſuam in Chriſto ſalvatore gratiam, Te, Daniae literatae praeſidium & dulce decus, diu ſalvum & ſoſpitem conſervet, rebusqve humanis exemtum, aeterna vita & ſalute cumulet.

Lectori

Lectori Salutem.

Cum ante bina fere lustra, mori academico satisfacturus, de materiâ novæ dissertationis, gratâ eruditis, meisque viribus tractabili, dispicerem, non sine ratione ad antiqvitates domestico-ecclesiasticas animum adjeci, refertæ enim sunt illæ momentis plurimis, lectu jucundis, qvorum notitia omnes eruditionis patriæ sanum gustum habentes merito delectat. De baptismo scribere elegi, qvod thema illud, adjunctis præsertim capitibus qvæ arctè cum illo cohærent, ex sententiâ foecundum esset, & à nemine hactenus ventilatum; nam Gerh. Vossius, Joseph. Binghamus, alii, qvorum plus triginta dissertationes in bibliothecâ academica vidi, institutis

 lon-

longè diversis de baptismo scripsere: adde qvod multa hujus generis, à nostris fusè tradita, vix ac nevix apud scriptores alios reperias; ut verisimiliter credamus majores, in sacris non secus ac civilibus, qvædam habuisse sibi propria, qvæ ab externa ecclesiâ vel Romanâ sede non acceperint. Absolutum utcunqve opusculum, viris doctis svadentibus, & benigna de illo judicia ferentibus, jam tum publici juris facere constitui, verum huic negotio moram injecit accidens mihi gravior valetudo, qvâ in sextum usqve annum alternis vicibus conflictatus sum, insuper adeo hebescenti oculorum acie, ut pariter in magnum discrimen veniret visus, qvo tamen me etiamnum frui, muneris divini est. His circumventus gravibus incommodis, edendi mei tractatus curas penitus misi, unicè in theologiæ & philologiæ sacræ studia incumbens, qva qvidem per valetudinem licuit, donec tribus retro annis, examine theologico functus, ad priora hactenusqve intermissa studia reverterer, nempe Magnæani antiqvitatum stipendii jam factus alumnus; hic ergo inter alia, qvæ de baptismo scripseram, relegi & retractavi, qvin plusqvam dimidio auxi, subsidiis jam qvam ante pluribus oblatis. Ab initio multa qvidem statuta juraqve ecclesiastica usibus meis subministravit selectius illud & antiqvis manuscriptis instructius fratris desideratissimi Eggerti Olavii, nunc coelo recepti, librarium,

rium, cujus item fraterna benevolentia, mihi primas horum lineas ducenti, opem ſuam & idonea conſilia, in qvantum his indigui, vel ultro contulit. Deinde, cum illuſtris bibliothecarius patronusqve meus B. Möllmann copiam mihi faceret b. Arnæ Magnæi bibliothecam viſendi, plures legum eccleſiaſticarum membranas & chartas evolvere & revolvere licuit, aliosqve codices manuſcriptos; fini meo & inſtituto non parum inſervientes. Impreſſorum vero librorum neceſſariam ſupellectilem in uſus meos perbenignè communicarunt & communicant magni mæcenates, vir perilluſtris & generoſus P. F. *Suhm, ut etiam vir illuſtris & ampliſſimus J. Langebeck, inſignibus uterqve in rem literariam meritis celeberrimus, qvod mihi officium eo dignius prædicandum, qvo magis rem meam juvit atqve promovit. Ad inſtitutum meum & qvalemcunqve operam qvod attinet, de boreali eccleſia, ut vides, hic præcipue egi, dicendorumqve materiam & argumenta maximam partem ex domeſticis bonæ fidei monumentis petivi; niſi qvoties aliqvid notabile & paradoxon in noſtrorum praxi occurrit, tunc ex ſcriptoribus aliis reliqvæ occidentalis eccleſiæ conſvetudinem tangere, operæ pretium judicavi, ſed in notis & vulgaribus non item. Totum opuſculum in capita, ſingulorumqve capitum contenta in ſectiunculas ſive paragraphos diſtingvuntur, ſubnexis*

ſeorſim

seorsim testimoniis, debitisqve annotationibus; qvâ fere methodo J. Bingham, multiqve alii celeberrimi scriptores utuntur; qvos imitari libuit, qvandoqvidem talis varietas ad bonum ordinem & perspicuitatem non nihil facere videtur, qvin etiam suo modo delectat, legentisqve tædium discutit. Deniqve qvoad fieri potuit, in brevitate studium adhibui, rem plerumqve expedivi paucis, & dicta probantia, loco qvodvis aptissimo, fere non plus semel adduxi, ne qvid otiosum, magisqvam necesse foret, molem & sumtus augeret. Cæterum tuo, candide lector, favori & æqvo judicio hæc qvaliacunqve relinqvo, in qvibus qvæ frugi sunt agnoscere, qvæ secus, ignoscere velis.

PRO-

PROLEGOMENA.

Qvæ de legibus eccleſiaſticis, (vulgo Kriſtnir rettir*) & aliis antiqvis auctoribus hic citatis agunt.*

Cum pleraqve monumenta, qvibus hic uſus ſum, anecdota ſint, & tantum non omnibus ignota, non opinor pro ſupervacaneo habebitur, ut hic ab initio de illis aliqvid dicam; & qvantum hinc illinc colligere eſt, paucis doceam, qvem auctorem, qvam ætatem agnoſcant ſingula; ſaltem qvæ majoris molis & pretii ſunt, integraqve habemus; ex datis enim hic characteribus, tales codices facile cognoſcet, qvicunqve ipſos ante oculos habuerit; qvod alioqvin in promtu non eſſet, cum id genus manuſcripta natales ſuos rarius exprimant; hos ergo utcunqve diſcas ex ſeqventibus.

I.

Kriſtindomsbalkr Gula-þings laga, *Liber eccleſiaſticus legum Gulenſium* ɔ: antiqvior, ſic dictus qvod legibus Norvego-Gulenſibus antiqvis præmittatur; ab initio habet: Þat es upphaf laga varra, at ver ſcolum æſtr luta oc biðia til ens hælga kriſts árs oc friðar. i. e. *Hoc legum noſtrarum initium eſt, ut ortum verſus procumbentes, à Sancto illo chriſto pacem & annonam petamus.* Ut hoc ipſum monumentum indicat, auctor ejus eſt Olavus Sanctus, N. R. poſt qvem Olavus Qvietus & Magnus Erlingi filius, etiam Norv. Reges, pro ſua qvisqve ſententia illud correxerunt; nec dubium eſt, qvin huc reſpiciat Snorro Sturlæus, Heimskr. VII. 56. Scribens de Olavo S. Kriſtinn-rett ſetti hann við ráþe grimkells biſcups oc annarra kenni manna, oc lagði á þat allan hug, at taka af heiþni oc fornar veniur, þær er hanum þótti kriſtni-ſpell í vera. i. e. *Jus eccleſiaſticum compoſuit, cum Grimkelli epiſcopi & aliorum ſacerdotum conſilio, omni animi ſtudio in illud incumbens, ut exſtirparet gentilem ſuperſtitionem, easqve priſcas conſvetudines, qvas chriſtianæ fidei officere judicavit.*

II.

Kriſtinn-rettr Þorlaks oc ketils, *Jus eccleſiaſticum Thorlaci & Ketilli*, epiſcoporum Islandorum, hujus Holani, illius Skalholtini, etiam dicitur. Kriſtinn rettr gamli vel forni, *J. E. Vetus*, circiter anno 1122 conſcriptum eſt; Incipit his verbis: Þat er upphaf laga varra, at allir menn ſculu kriſtnir vera á landi her, oc trúa á einn guð feðr, ſun, oc helgan anda. barn hvert ſcal fœra til ſcírnar ſem alit er, ſva ſem fyrſt má, með hveregri ſcepnu ſem er. i. e. *Initium legum noſtrarum eſt, ut omnes homi-*

homines in hac terra christiani sint, & in unum Deum patrem, filium & spiritum sanctum credant. Unus qvisqve infans in lucem editus, ad baptismum feratur, qvam primum licet, qvacunqve formâ sit. Coronidis loco legis. Sva settu þeir Ketill biscup oc Þorlákur biscup, med ráþi Özurar erkibiscups, oc Sæmundar, oc margra kennemanna annarra, kristinna laga þátt, sem nu var tint oc uppsagt. i. e. *Ita constituerunt Ketillus & Thorlakus episcopi, consiliis utentes Asseri archiepiscopi, & Sæmundi (Polyhistoris), multorumqve aliorum sacerdotum, hunc legum christianarum librum, sicut hactenus traditum & recensitum est.* Videatur etiam Hungr-vaca in Thorlaci I. vita, nempe hoc loco intelligitur Thorlacus I. Runolfi filius, probè distingvendus à Thorlaco Sancto Thorhalli filio, qvi post nostrum tertius dioecesi Skalholtinæ præfuit; hujus ergo divi festum, Þorláks messa, cum in hoc jure non semel commemoretur, id à recentioribus additum fuisse patet. Deniqve jus hoc, in paucis mutatum, veterem Islandorum legem Gragasam sæpe inchoat, tunc Kristindóms bálkr Grágásar dictum, qvamvis & seorsim illud habeamus, cum fere aliqvantò auctius est.

III.

Kristinn-rettr Heidsævis-laga, (Eidsivis-laga), *Jus ecclesiasticum,* Magni legum reformatoris *legibus Eidsivicis præfixum*, qvibus tamen multò antiqvius est, ut mox ostendam; post theses qvasdam alius generis, olim primo loco positas, incipit fere his verbis. Þæt er nú því næst, at mænn sculu kristnir vera, oc nitta hæiðnum dómi. Ala scal barn hvert er borit er, oc æinghu spilla. i. e. *Deinde seqvitur, ut omnes Christiani sint, & gentilismum abnegent, omnis qvi nascitur infans, ala-*

tur, *nullus exponatur.* Hoc jus ecclesiasticum, si omnino auctorem non agnoscit Olavum Sanctum, qvi & reliqvam legem Eidsivicam, (illam puta antiqviorem) condidit, Snorrone teste lib. VII. cap. 120. saltem non multò post annum 1116, sive cui festum nuncupat Magni Sancti Orcâdum comitis translationem, compositum est; cum tantæ antiqvitatis haud pauca depromat indicia, ut sunt: crudelis monstrorum conditio, virorum per ferrum candens, foeminarum per aqvam fervidam juramentum, & locô excommunicationis, reorum ad homines ethnicos relegatio; immo, qvod ætatem primo Norvegiæ archiepiscopo Joanne Birgeris f. superiorem illi vindicat, archiepiscopi nusqvam mentionem movet, qvæstum multatitium regibus cum episcopis designat, & cleri probat conjugium, à dicto Joanne & Nicolao Romanæ sedis legato circa annum 1152 interdictum; vid. H.K. XIV, 23. Caeterum huic constitutioni, qvod fere aliis, contigit, nempe ut recentiores librarii & stylum & rem qvoqve ipsam ad suæ ætatis genium nonnunqvam converterent.

IV.

Kristinn-rettr vik-veria, *Jus ecclesiasticum Vicensium.* h. e. Norvegorum Christianensium (hic enim Norvegiæ tractus, qvi hodie Christiania, olim Vikin dicebatur) alias Kristinn-rettr Forni, *Jus ecclesiasticum priscum*: hujus initii est; Her hefur Kristindóms bólk þænn er gánga scal: þæt er upp haf lagha varra, at avstr sculum lúta oc gefuaz Kristi, rókia kirkior oc kænnimenn. i. e. *Hic incipit juris ecclesiastici liber, qvi vim legis habebit. Hoc est principium legum nostrarum, ut ad orientem nos vertamus, & Christo nos addicamus, templaqve & sacerdotes cola-*

colamus. Monumentum hoc, qvod nobilissimus Juvenis Jo. Finnæus anno 1759 latinè versum typis vulgavit, scripturæ genere & aliis antiqvitatem redolentibus, cum lege Heidsivicâ proxime memorata convenit, ut editor pluribus argumentis conficit, qvò lectorem mitto.

V.

Kristinn-rettr Frosto-þings laga. *Jus ecclesiasticum legibus Frostensibus Haconis Senis N. R. præfixum*, plerumqve duobus libris absolvitur, rarius tribus. Incipit: Ala skal barn hvært oc kristna, sem borit er: þat er upphaf lagha varra, at ver skulum kristni lyða oc kristnum dómi. i. e. *Alendus & baptizandus est omnis infans qvi nascitur: hoc legum nostrarum initium est, ut obediamus christianitati & juri christiano.* cet. Monumentum hoc putatur esse Gullfiöðrin sive *penna aurea*, i. e. jus eccl. Eisteini archiep. Ildi, qvi sub Magno Erlingi filio N. R. floruit; noster enim ad prædecessoris auctoritatem subinde provocat, dicendo: Sva hefvir Jón ærkibiscup mælt oc lóyft. *Ita dixit & permisit Joannes archiepiscopus* (Birgeris f.). Hic ferri candentis juramentum, spuri baptismus, æqva mulctarum reges inter & episcopos divisio, cum aliis, qvæ demum Jo. II. archiepiscopus abolevit. Plurima hujus juris exemplaria tam membranacea qvam chartacea ad manum habui, non nihil ab invicem discrepantia.

VI.

Kristinn-rettr Sverris. *Jus* eccl. *Svari N. R.* illud prius proximè seqvens, hujus rubricæ; Sverrir Mag-

nus konúngr, sonr Sigurdar K. Eiríkr ærkibiscup - - - - - oc allir boð orda mænn i Noregi senda kveðiu ỏllum Guðs vinum oc sinum er þetta bref hóyra, Guðs oc sina. *Svarus Magnus filius Sigardi R. Eiricus archiepiscopus, - - - - & universus Norvegiæ magistratus omnibus Dei suisqve amicis, hanc epistolam audituris salutem Dei & suam mittunt.* Post inscriptionem: Ver vilium at mænn viti varnat þænn oc þyrmslir þær, er mænn æighu Guði at væita oc oss. i. e. *Volumus ut omnes cognoscant observantiam illam & abstinentias, qvas Deo debent & nobis.*

VII.

Kristinn-rettr Jons erki-biscups, *Jus ecclesiasticum Joannis archiepiscopi*, puta secundi, qvi & Magnus Norvegiæ rex, cognomento Lagabætir, *Legum reformator*, hanc legem sanciverunt, circa octogesimum seculi XIII. annum. Rubrica membranæ hæc est. Her hæfr upp kristendóms bólk þenn er scipaði Magnus konúngr, oc Jon ærkibiscup, oc allir lióð-biscupar er í voru landinu samþyktu, med fullkomminni staðfæstu, oc hæfr her oc seghir i fyrstu um barn-scírslir. i. e. *Hic incipit liber juris christiani, qvod Magnas rex, & Joannes archiepiscopus statuerunt, omnesqve in regno dioecesiani plena confirmatione probarunt, primo qvidem loco incipit, & dicitur de paedobaptismo.*

VIII.

Kristinn-rettr Magnusar K., *Jus ecclesiasticum Magni regis* Legum reformatoris, cujus legibus Gulensibus præmitti solet, statuto Joannis archiepiscopi coaetaneum, & in plerisqve consentiens: ab initio habet: Þæt er upphaf

lagha

lagha varra Gula-þings manna, sæm upphaf ær allra góðra luta, at ver scolum háfua oc halda christiligha trú. *Nos curiam Gulensem sectantes, illud legum nostrarum initium facimus, qvod item omnium bonarum disciplinarum initium est, ut habeamus & servemus christianam fidem.* &c. Qvibus præliminaribus lex qvoqve Islandica Jóns-bókin librum suum ecclesiasticum orditur, nec id mirum, cum hæc ejusdem auctoris sit. Proprium hujus l. initium est: Enn af þvi mænn eru scyldughir at halda þá trú er ver höfuim gudi hæitit i fírslu varri, oc fyrr er upptóld. i. e. *Qvia omnes obligati sunt eam servare fidem qvam deo in baptismo nostro promisimus, & qvæ antea definita est.* Etiam hujus legis non paucis apographis usus sum, tam re & verbis, qvam ordine contentorum inter se diversis. Unum ex his caeteris locupletius dialecti Danicæ est, qvod igitur K. R. Magnusar K. danicus vocabitur; ejus initium est: Nu esse di att alle men ere skyldig at holdhe den tro vi haffuer gud heithet i vor skirn, oc adher var upptoldh.

IX.

Kristinn-rettr Arna biscups, *J. E. Arnæ episcopi Skalholtini.* Hic Arnas Thorlaci filius (vulgò Stada-Arni) qvi decedenti Sigurdo 1269 successit, annoqve officii sexto, archiepiscopi Nidrosiani auctoritate legem illam suam vulgavit, docente Sturl. S. XII. 14. A þessum vetri setti hann fulkomliga saman kristindóms bálk, med rádi Jóns erkibiscups, er hann let sidann fram halda. i. e. *Hac hieme* (1275 notante A. Magnæo ad marginem) *componere absolvit juris christiani librum, Joannis archiepiscopi consilio, qvem* (*librum*) *postea edidit.* Hæc igitur Arnæ lex, illam Joannis passim ad literam seqvitur, & ab iisdem verbis post rubricam incipit: Ala skal barn

barn hvert er borit verdr, oc mans höfut er á, þó at nockor örkymbl ſe á. i. e. *Alatur infans qvicunqve in lucem editur, capite humano, licet aliqvi naevi in corpore ſint;* interdum hæc conſtitutio K. R. nyi. *J. E. novum* ab A. Magnæo aliisqve vocatur, qvô à jure eccleſ. veteri (i. e. K. R. þ.) diſtingvatur.

X.

Kriſtinn-rettr endr-nyadi, *J. E. reformatum* qvod compoſuit Olavus Hialtonis filius, primus Holis in Islandia epiſcopus evangelicus, Havniæ 1554 inauguratus, hoc J. E. ſimiliter atqve illud epiſcopi Arnæ incipit.

XI.

Scipan Magnuſs biſcups, *Statutum Magni epiſcopi*, ut puto, Secundi, qvi anno 1216 dioecefis Scalholtinæ antiſtes factus eſt.

XII.

Scipan Arna biſcups, *Arnæ epiſcopi Statutum* qvod inſcribitur: Þeſsi boð voro ſett af herra Arna biſcupi, oc i ſamþycki tekinn af öllum lærdum mönnum á preſta ſtefnu. i. e. *Hæc mandata à domino Arna epiſcopo data, & in ſynodo clericali à doctis omnibus approbata ſunt.* De hoc ſtatuto venit notandum, qvod anni qvo ſcriptum eſt non meminerit, & incertum ſit, qvem ex duobus hujus nominis epiſcopis Skalholtinis auctorem habeat, num iſtum Thorlaci filium, qvi mortuus eſt anno 1298, an vero Arnam Helgonis, qvi huic ſusfectus, anno 1320 obiit.

XIII.

Scipan Eylifs erkibiscups, *Eylifi (Elavi) archiepiscopi constitutio,* qvi anno 1324. archiepiscopale in Norvegia munus adeptus est, perqve viginti annos administravit. Hanc constitutionem Joannes Halthori, episc. Scalh. Arnæ Helgonii successor, suæ dioeceseos sacerdotibus ratam habere præcepit, ut ex rubrica patet: Þessar scickanir setti virduligr herra Eylifr med Guds miscun-erkibiscup i Nidarósi, med rádi annara biscupa i Noregi, oc ver bródir Jón med samri nád biscup i Skál-holti. i. e. *Has constitutiones fecit venerabilis dominus Eilifus, Dei gratia archiepiscopus Nidrosianus, reliqvis Norvegiæ episcopis in consilium vocatis; & nos frater Joannes eadem gratiâ episcopus Scalholtinus.*

XIV.

Scipan Jons biscups Sigurdar sonar, *Statutum episcopi Joannis Sigurdii,* qvi 1343 in dioecesi Scalholtina constitutus est, annoqve officii duodecimo, postridie Jacobi apostoli, i. e. VI calendarum Augusti, hoc diploma edidit.

XV.

Scipan Girdis biscups, *Statutum Girderis episcopi,* etiam Scalholtini: hic Joanni Sigurdio succesit anno 1349, naufragio periit. 1356.

XVI.

Agrip heilagrar truar, *Compendium sive libellus sanctæ fidei,* A. Magnæo vocatur *Confessio fidei*; incipit:

Her segbir num heilagha tru almenniliga, i nafni Guds amen. *Hic de ſancta catholica fide dicitur, in nomine Dei amen*: monumentum Norvegicum eſt, & ad ſeculum XIV referendum videtur.

XVII.

Faſciculus legum eccleſiaſticarum, qvæ â Londini Scanorum archiepiſcopis latinè ſancitæ ſunt, unde *Conſtitutiones Lundenſes* vocavi. In hoc volumine continentur, α) *Statuta provincialia.* β) *Excommunicaciones* contra raptores & prædones. γ) *Caſus epiſcopales* (ɔ: qvibus epiſcopo notorios peccatores abſolvere conveniat). δ) *Caſus papales.* ε) *Statuta ſynodalia.* ζ) *Interrogaciones in confesſione faciendæ.* Exemplar qvod videre contigit, fuit ex viri perilluſtris & generoſi B. Wilh. Luxdorphii bibliothecâ, editionis Pariſienſis 1514. apographum.

XVIII.

Articuli juris eccleſiaſtici veteris, qvo nomine venit tractatus in membranâ, latinè ſcriptus, in capſis A. Magnæi numero 671, formâ qvarti ſervatur: de conjugio & ſacerdotio prolixè differit; qvin etiam (qvod ævi ſatis antiqvi nota eſt) de gentibus ad fidem ducendis qvædam habet, aliaqve rerum eccleſiæ antiqvæ amantibus lectu digna. Hujus monumenti in tractatu meo *de Cognatione Spirituali* major mihi uſus erit.

XIX.

Reſcripta Papalia, codicis lingvæ & manus ejusdem, â Romana ſede ad eccleſias ſeptentrionales Lundenſem, Nor-

Norvegicam, Færröenſem miſſa; in ſolvendis qvibusdam ordinis ſacri problematis, & conſcientiæ caſibus occupantur.

XX.

Jus eccleſiaſticum Canuti Magni, Daniæ regis, qvi ante medium ſeculi XI^mi è vivis diſceſſit. Hoc E. Pontopp. annalibus eccleſiaſticis inſertum eſt. Lib. II. cap. III.

XXI.

Lex Cimbrica ſive *Jutica*, typis excuſſa Havniæ 1508, qvam (ut habet interpr. latina) Valdemarus Valdemari f. Canuti Lavardi nepos, anno 1240 condidit. *Lex Sælandica*, exiit Havniæ 1505, auctorem qvoqve ſuum Valdemarum II. ab initio laudat. *Lex Scanica*, eodem anno Havniæ impreſſa, Valdemaro I. Canuti f. tribuitur; hæc paſſim præſcribit ferri candentis juramentum, qvod Valdem. II. abrogavit.

XXII.

Antiqvæ leges Sveciæ, qvarum ſtatuta eccleſiaſtica (Kirkio-bolkar) hic ſuis locis citantur: Holmiæ annis 1663 ad-66 editæ ſunt; videlicet wåſtmanna laghen, Sudermanna laghen, Hålſinge laghen, Lands laghen, uplands laghen, qvarum ſingulas libri ſive bolkar, & libros, claſſes ſive Flockar diſtingvunt; harum ætates & auctores qvi ſcire volunt, legis Weſtmannicæ præfationem inſpiciant.

XXIII.

Stiorn *Regimen*, ex integra phrasi Stiorn Guds yfir sinu folci. i. e. *Dei regimen in populum suum*: Biblica historia est, medio sec. XIII^tii ex interprete vulgato in vernaculam versa, & multis Petri Comestoris scholiis aucta, per Brandum II. episc. Holanum, cui Magnus Lagabætir N. R. in aulæ suæ usus hoc negotium dedit, ut prologus significat; in fine etiam legimus: Þessa bóc færdi hinn heilagi Jeronimus prestr or Ebresko máli á Latinu, enn or Latinu ok i Norrænu sneri Brandr prestr Jons son, er sidan var biscup at hólum .... eptir bodi virduligs herra, herra Magnúsar konungs, sonar Hákonar konnungs gamla. i. e. *Hunc librum* (historiam sacram) *transtulit ex Hebræa lingva in Latinam sanctus Hieronymus sacerdos, sed ex Latina in Norvegicam (veterem) vertit Brandus sacerdos Joannis filius, post episcopus Holanus (ordine octavus), jussu venerabilis domini, dn. Magni regis, filii Haconis Senis.*

XXIV.

Lex eccl. Scanica, (diversa ab illa sub n. XXII), ex bibliotheca A. M. forma 4ti No. 51, ad finem, incipit: hôra þe sum heer âru, og sighia them sum hema sitia. i. e. *Audiant qvi hic adsunt, & domi sedentibus referant.*

XXV.

Præter auctores allatos alia qvoqve monumenta sacra meis usibus inserviebant, omnia in bibliotheca. b. A. Magnæi, membranis scripta, qvorum etiam visendorum copiam mihi

mihi fecit illustris bibliothecarius: horum, ut rem ad pauca conferam, præcipua sunt: *De expurgationibus peccati liber*, qvomodo distinctionis causâ hoc monumentum vocavi, eoqvod de absolutione, de poenitentia, de bonis operibus, de purgatorio agat, & his peccata expurgari doceat. *Fragmentum membranaceum*, schedæ sunt formâ octavi, n. 687, à capite & calce mutilæ, partim theologica & ecclesiastica, partim profana tractant. *Festi omnium sanctorum homilia*, in schedis dissolutis formâ qvarti. *Fragmentum juris ecclesiastici*, n. 688. formâ octavi, in fine deficit, plura episcoporum Islandorum decreta gentili sermone complectitur. *Miscellanea sacra*, precum formulas & alia pietatis exercitia, partim latinè, partim l. vernaculâ præscribunt; mitto qvædam alia, suis locis, cum allegantur, notanda.

XXVI.

Hæc de scriptis & statutis ecclesiasticis disserui, ut saltem aliqvantulam horum notitiam lector habeat, sciatqve qvos ritus hæc vel illa aetas amaverit. De historicis monumentis, qvæ suis locis citantur, qvicqvam dicere non attinet; cum tantum non omnia (si exceperis exotica) res circa & paulo post initium christianismi gestas, describant, hæc nimirum sunt.

Arna biscups saga, *Arnæ episc. Scalholtini vita*, qvi labente seculo XIII^tio^ floruit: revera 12us Sturlungæ liber.

Augustinus s. *Vita sancti Augustini*, membr.

❧❧❧❧

Egla sive Egills s. Skallagrims sonar, *Egilli Scalla-Grimi filii vita*, Islandi gentilis.

Eyr-byggia s. sive Þornesinga saga, *res gestæ Islandorum Thornesensium*, ante & post receptum christianismum.

Eyriks s. Rauda, *Vita Erici Rufi*, qvi remp. Grönlandicam condidit, exeunte sec. X^mo.

Fareyinga saga, Færöensium historia.

Gests s. Bardar sonar, *Gesti Bardi filii vita*, ad idem tempus referenda.

Grettis s. *Gretteri vita*, athletæ Islandi, ante medium sec. XI. viventis.

Gudmundar s. Goda, *Gudmundi Boni vita*, qvinti episcopi Holani, obeuntis anno 1237.

Hallfredar saga Vandræda scalds, *vita Hallfredi Poëtæ difficultatem struentis*, qvi Olai Tryggonis Norv. R. aulicus poëta fuit.

Heims-kringla, *orbis terrarum*, i. e. Snorronis Sturlæi historia Svecica & Norvegica, â prima voce sic nominatur, hanc secundùm editionis Peringsciöldianæ libros & capita plerumqve citavi.

Hungr-vaka, *famis excitatio*, qvinqve primorum Scalholtensium episcoporum vitas continet. Liber sic, inscribitur, qvod concisus sit, & desiderium amplioris cognitionis in lectoribus suis excitet, ut ab initio auctor fore sperat.

Jons biscups saga helga, *Vita Jo. Sancti*, primi episcopi Holani, qvi circa annum 1100 floruit.

Knyt-

Knytlinga saga, *historia regum Daniæ*, impr.

Kristindoms s. sive Kristni saga, christianismi in Islandiam invecti historia, impr. Scalholti 1688.

Laxdæla s., *Islandd. Laxdalensium historia.*

Mariu saga, membr.

Niala, sive Nials saga, *Niali historia*, Islandorum australium res gestas tradit, ante & sub christianismo.

Norna-Gests saga, *Norna-Gesti Dani historia.*

Noregs Konunga sögur, *regum Norvegiæ historiæ.*

Oddr munkr, *Olavi Tryggonii vita* per Oddum monachum scripta; cum versione & notis edidit Jac. Istmenius Reenhielm, Uppsaliæ 1691.

Olafs saga Tryggva sonar, alia *Olavi Tryggonii vita*, impr. Scalholti 1691, qvâ, cum diversi generis exemplaribus manuscriptis, usus sum: hanc historiam ex Oddo & Gunnlogo monachis circiter 1320 compilatam esse, ipse A. Magnæus sentit.

Olafs s. helga, *Olavi Sancti Norv. R.* vita, qvi ante medium sec. XI^um. imperavit.

Pals biscups saga, *Pauli episcopi Scalholtini vita*, qvi obiit 1211.

Postula sögr, *Apostolorùm vitæ.*

Sturlunga saga, *Sturlungorum historia*, res Islandicas usqve ad sec. XIV^um. scribit.

Sverris saga, *Svari N. R. vita*, anno 1215. mortuus est.

Vazdæla s., *Islandorum gentilium Vazdalensium historia.*

Viga-

Viga-Glums saga, *Viga-Glumi vita*, athletæ Islandi anno 1004 mortui.

Þorvaldar saga Vidförla, *vita Thorvaldi latè peregrinantis*, qvi cum Friderico epiſcopo Saxonico Islandis gentilibus fidem prædicavit. Pauca alia, ubi occurrunt, videnda.

Qvantum ad teſtimonia ex his noſtris monumentis collecta, ſtudium adhibui, ut textum ubiqve caſtigatum, veramqve & genuinam orthographiam ſervarem, id qvod non erat difficile in bonis Islandorum codicibus, qvi (maximè membranacei) miro qvodam conſenſu easdem recti ſcribendi regulas ſeqvuntur, ſecus ac hodie fit, vel in cultioribus etiam ſcriptis, ubi hæc veterum ἀκρίβεια, & præcipua ſcientiæ antiqvariæ pars, malè negligitur; cæterum, qvo magis ornarem hoc meum inſtitutum, imitatione optimarum membranarum, & conſultâ b. fratris E. Olavii orthographi â Isl. novis exprimi typis curavi vocales qvasdam & literas, qvæ & inſervirent veræ pronuntiationi, & ſimul literaturæ veteris aliqvod exhiberent ſpecimen. e. c.

á, a magnum ſive grave, ſono imitatur diphthongum latinam *au*, ſunt tamen boni codices, qvi pro á habent aa, i. e. a geminum: vocales alias acuturi veteres non geminarunt.

í, i magnum, dan. ii Ger. *ie*, probè diſtingvendum ab *i* tenui.

ó, o magnum, refert Græcum *ω*.

ó o

ú, u magnum, reliqvis ſono analogum. Virgula his vocalibus appoſita non accentum notat, ſed ſonum acuit, correptè licet proferendum; amant hoc ſignum ſoni diacriticum multi veteres ſcribæ, aliis meritò præferendi, qvi hic nullam diſtinctionem curant. Orthogr. Isl. Reg. I. de a gravi.

ǒ, ſeparatim au, idem qvod Dan. ø vel ö, Germ. & Sv. ö.

æ, altera diphthongus, diſtinctè æ, ante conſonam, vocalium οι junctum naturalem ſonum exprimit.

ꝼ, ſexta alphabeti litera, qvam ab Anglo-Saxonibus recepimus, vulgò f, rariſſimè tamen hac uſus ſum formâ, qvod hæc, fuſoris errore, ſitum vel ſedem in linea congruam non habeat.

þ, (þorn) t vel d aſpiratum, cognatum Græco ϑ, veteribus Danis & Svecis th, dh, Anglis *th* ſeparatim ſcribitur, hujus ſedes fere in principio & medio vocis eſt.

ð, ſtungit i. e. trajectum d. non differt à þ, pro qvo igitur ſemper in Norvegicis codd. & ſubinde in Islandicis medium & finem vocis occupat; ut Anglo-Saxones, teſte Somnero, ſuum ð & þ: in principio & medio vocis promiſcuè habent: ſæpe tamen hæc aſpiratio, etiam Anglo-Saxonicè, in medio & fine negligitur, ab initio rarius.

Qvoties in citatis Norvegicis variat ſcribendi ratio, fontes ipſos ſecutus ſum, qvi rarò certam curant orthographiam, tribus & qvatuor modis eandem vocem ſcribentes; hoc tribuendum partim lingvæ & pronunciationis deſvetudini, partim librariorum incuriæ, vel inepto exteros imitandi ſtudio.

De legibus eccleſiaſticis notandum venit, qvod capitum numero non diſtingvantur, ſed cujusqve materiæ brevibus ſummariis ſive titulis rubrô ſcriptis: compendii ſtudio citatis hinc locis plerumqve præfixi titulorum numerum, numerando qvæſitum, qvi tamen non omnibus reſpondet hujus vel illius legis exemplaribus, cum hæc non rarò contentorum ſerie ab invicem diſcrepent. De Jo. Pauſii legum antiqq. verſione, qvam cum noſtris manuſcriptis contuli, nihil nunc dicam, cum illam ſuis mendis laborare, in confeſſum veniat.

Deniqve ſcriptorum nomina, & qvædam alia ſæpius repetita abbreviate notavi, poſitis modò literis initialibus, qvod neqvid difficultatis pariat, ſeqvens ſyllabus conſulatur

K. b. Kirkiubálkr.
K. b. G. Gulaþingslaga forni.
K. b. Gr. = Grágáſar.
K. R. kriſtin=rettr. i. e. *Jus Eccl.*
K. R. Þ. = Þorláks oc Ketills.
K. R. H. = Heidſævis laga.
K. R. V. = Víkveria.
K. R. F. = Froſtuþings laga.
K. R. S. = Sverris K.
K. R. J. = Jons erkibiſcups.
K. R. M. = Magnuſar Konungs.
K. R. A. = Arna biſcups.
Sc. Scipan i. e. *ſtatutum.*
Sc. M. = Magnúſs biſcups.
Sc. A. = Arna biſcups.

Sc.

Sc. E. - Eylifs erkebiscups.	K. s. - Kristni saga.
Sc. J. - Jons biscups Sigurdar. s.	Ol. s. T. - Olafs saga Tryggvasonar.
Sc. G. - Girdis biscups.	Ol. s. h. - Olafs saga helga.
Agr. h. t. - Agrip heilagrar trúar.	O. M. - Oddur Munkur.
J. E. jus ecclesiasticum.	H. K. - Heims-kringla.
b bok, *liber.*	Fl. flockr.
s. saga, *historia.* ss. saugr, *historiae.*	*tit. titulus.*

Reliqva, si qvæ sunt, scripturæ compendia, nullo negotio explicantur.

Elenchus Capitum.



Cap. I.

De Miniſtro Baptiſmi Ordinario,

Synopſis.

§. 1. Nemo Chriſtianus dictus, niſi baptizatus. §. 2. *B*aptizarunt primum epiſcopi. §. 3. Poſtea fere ſoli paſtores. §. 4. His tamen ſuos filios baptizare non licuit. §. 5. Ubiqve ad baptizandum parati eſſe debebant. §. 6. Imparati multam dederunt. §. 7. Ut etiam, qvi malitioſe ſuas partes neglexerunt. §. 8. Baptiſmus reliqvis muniis anteferendus. §. 9. Inter baptizandum Latinæ verborum & precum formulæ. §. 10. Cleri ergo latinè non docti baptiſmus in nullo pretio.

§. 1.

Baptiſmus (*a*) olim eccleſiæ ſeptentrionali adeo communis fuit ritus, ut illa neminem ſine eodem agnoſceret probè Chriſtianum; (*b*) ſed fere omnes reliqvos, ſive infantes fuerint ſive adulti, inviſo gentilium nomine ſalutaret (*c*).

 (*a*) Ve-

(*a*) Veteribus freqventissime, ut usu adhuc vulgari baptismus vocatur skírn. id est *purgatio*, skíring, K. R. H. skírsla, K. R. R. & K. R. M. qvæ voces idem denotant, forte ratione nominis à Græcis petitâ, vid. cap. XI. §. 2. Vatnan, *aqvae irrigatio*, Kr. R. F. hafning, *elevatio*, & pluraliter hafningiar, *elevationes*, K. R. V. & K. b. G. à phrasi completâ & usitatiori, at hefia or heidnom dómi, *ex ethnicismo elevare*, qvod ante baptismum ethnicus qvisqve censeretur; amant maxime hanc locutionem K. R. V. K. R. S. & K. b. G. ut in seqventibus passim observare licebit. Plurimas Græcas & Latinas baptismi appellationes, diverso respectu impositas, copiosissime Binghamus percenset, Origg. Eccl. lib. XI. cap. 1. Sperlingius vero de *Baptismo Gentilium*, cap. 1. plura baptismi vocabula in lingvis Danica, Svecica, Germanica adducit & evolvit.

(*b*) Vid. cap. V. §. 7. Omnes tamen per baptismum ecclesiæ non associatos fuisse religione ethnicos, cave credideris, contrarium docente cap. IX. §. 1. Meminit antiqvitas cujusdam ex Hibernia familiæ Christianæ, qvæ lares transtulit in Islandiam adhuc gentilem, & in australi insula Esiobergi habitavit; hujus posteri, sive inscitiâ sive regnantis religionis metu, non initiabantur sacro fonte, sed nihilo minus, majorum exemplô, fidem Christianam, qvamlibet impuram, profitebantur, sacra gentilium aversantes, teste Kialnes. s. passim: in Columbanum Hiberniæ sanctum illos credidisse, sive potius eum tutani vel patroni loco coluisse, auctor est Landnáma b. lib. I. cap. 12. Esiubergingar trúdu á Kolumbylla, þó þeir væru úskírdir. i. e. *Esiobergenses in Columbanum credebant*, (cultum transitivum cum Pontificiis intelligo) *qvamvis non baptizati essent.*

(*c*) Tam in septentrione qvam alibi, infantes non secus ac adultos, donec baptizati Deo nomen darent, prisci Christiani ethnicos vocarunt, unde in K. R. Heids. Tit. 3. mulcta matri injuncta, qvæ suum infantem ante baptismum trucidet, dicitur heidins mansgiöld i. e. *caesi ethnici pretium*, vid. cap. XI. §. 3. a. Ex pari ratione nobis at Kristna, Germanis christen, & Svecorum kristning, freqventius est *baptizare*, & *baptismus*; qvomodo etiam Judæi Germani voce judschen, ab הִתְיַהֵד h. e. *Judaeum facere*, actum circumcisionis intelligunt, teste Jo. Buxdorfio in *Thes. Grammat. Hebr.* p. 658.

§. 2.

§. 2.

Baptismus, ut sacrorum omnium administratio, nullo non tempore ad sacerdotium pertinuit: ab initio nostri christianismi ordinarie baptizarunt etiam episcopi; (*a*) cum per sacerdotum tunc temporis, & paucitatem & imperitiam, ita necessario fieret. (*b*)

(*a*) Qvod episcopi, non secus ac sacerdotes reliqvi, qvondam baptismum tractarint, multorum exemplis manifestum est, ut Popponis episcopi Bremensis; Heimskr. lib. VI. cap. 26. Grimkelli Norvegi; Ol. s. h. p. m. 191. Friderici Saxonis, in Islandia plurimos baptizantis, K. s. cap. I. seq. Sigurdi Norvegi; Landn. b. lib. I. cap. 19., cui hoc negotium sæpius qvoqve tribuunt Ol. s. T. & O. M. apud qvem ultimum cap. 25. pag. 106. legimus. Var þá tilheimtr Jón biskup, er Sigurdr het ödru nafni oc váru þeir skírdir i nafni heilagrar þrenningar, oc helgadir almáttugum gudi. vertit transl. *Tunc* (ut recens conversos baptizaret.) *accersitus est episcopus Joannes, qvi etiam Sigurdus nominabatur, ab illo in sanctae Trinitatis nomine baptizati sunt, Deoqve omnipotenti consecrati.* Sic primævæ ecclesiæ instituto soli episcopi baptizarunt, teste Tertulliano *de Baptismo*; cap. 17. *Dandi qvidem baptismum jus habet summus sacerdos, qvi est episcopus, dein presbyteri & diaconi, non tamen sine episcopi authoritate, propter ecclesiae honorem, qvo salvo, salva pax est.*

(*b*) Conf. cap. II. §. 14. & hic §. 7. b. de sacerdote Islando qvi ignorantiæ causâ & metu baptismum administrare recusavit.

§. 3.

Post plantatam apud nos ecclesiam, baptismum administrarunt fere soli pastores sive parochi; (*a*) reliqvis verò ex inferiore ordine clericis, citra necessitatem hoc fungi officio non licuit. (*b*)

(a) Miniſtros ad hoc aliaqve ſacra munia peritos & idoneos vocare, epiſcopo injungit K. R. H. Biſcup ſcal oſs kenni-mænn ſá, þá er hann væit at kunnáſtu hafva til bǿrn at ſcíra, oc ſcripta málum varum at lyða, oc kyrkior varar með ſæmdum at varðvæita, oc oſs æmbǿtti þat alt at væita, ſem oſs hǿyrir at hafva. i. e. *Epiſcopi eſt dare nobis ſacerdotes, qvos ſcientiam habere novit pueros baptizare, confeſſiones noſtras audire, templa noſtra decenter cuſtodire, & omnia illa officia praeſtare, qvibus nobis opus eſt.*

(b) Ita K. R. J. Tit. I. Winghi ſcal ſcíra navðſynialavſt, nema preſtr, oc þvi at eino diákn, at hann hafvi biſkups lǿyfui til, eða preſts, oc þó i nauðſyn. i. e. *Citra urgens periculum, nemo niſi paſtor baptizet, & hoc tantum pacto diaconus, ſi fieri neceſſe ſit, & hoc ab epiſcopo aut paſtore permittatur.* Agr. H. T. vid. cap. II. §. 7. a.

§. 4.

Verum tamen, qvia paſtores non ſecus ac laici, cum iis omnibus qvos baptizaverant, eorumqve cognatis in ſpiritualem veniebant cognationem, (*a*) ipſis ſuos, ſi qvos haberent, liberos baptizare non licuit, (*b*) donec aliter conſtitueret Lutherana reformatio. (*c*)

(a) Ut docebo in tractatu *De Cognatione Spirituali*, hoc loco omnium inſtar erit K. R. A. Tit. 21. preſtar eiga Guð ſifiar við þav bǿrn ǫll ſem þeir ſcíra, oc við ǫll þeirra feðgin. i. e. *Paſtores ſpiritualem neceſſitudinem cum omnibus habent infantibus, qvos baptizant, & cum omnibus eorum parentibus.* Hujus cognationis reſpectu paſtor illius qvem luſtraverat Scírifaþir, *pater baptiſmalis* dicitur, Sturl. ſ. lib. II. cap. 20. & homo ab illo baptizatus, Scírnar ſonr, *filius baptiſmalis*, Poſtula ſǫgur, qvem profilium Latini vocarunt. vid. cap. VII. §. I. a.

(b) Ne qviſqvam, ſive ſacerdos ſive laicus, filium ſuum ſacro fonte initiet, cavent *Conſtitutiones Lundenſes* in caſibus epiſcopalibus, ubi diſciplina eccle-

ecclesiastica & episcopi absolutio ei, inter alios transgressores, præscribitur, *qvi proprium infantem sine necessitate baptizat*: qvem locum siqvis ad laicos, non pastores ἀδέκνυς refert, sciat *consitit*. *Lundenses* hic ordinis clericalis homines respicere, qvorum plurimi apud nos ultra seculi XIII. medium uxorati fuere; verum postea, instituto pastorum cælibatu, ex concubinis, qvas clam multi alebant, liberos susceperunt; qvare si pastores ipsi suos nothos baptizassent, oportuit ut cum sua qvisqve pallacâ in spiritualem veniret necessitudinem, suosqve paroecos exemplo concubitûs offenderet; casum tamen necessitatis hinc excipi videbis cap. II. §. 9.

(*c*) Ad dictam catholicismi constitutionem respicit, illamqve abrogat, Otto Enaris f. qvartus evangelicus Scalholti episcopus, cum in synodalibus anni 1590 sententiam dicit; prestar allir skíri sin bórn so vel sem annara, þegar þeir vilia, en eigi er fyrirbodit, at nockurr prestr skíri annars bórn, þá hann verdur tilkvaddur. i. e. *Omnes parochi suos non secus ac aliorum filios baptizent, cum velint, qvô tamen non prohibetur, qvin sacerdos aliqvis alterius* (sacerdotis) *liberos baptizent, si rogatur.* Qvod etiam in anni seqventis synodalibus repetitur: Item var þat oc samþykt, at prestar allir mætto hedan af skíra sin eigin bórn, so vel sem annara; : : : : : : en hverir sem heldur vilia kalla þar til adra af sinum medbrædrum, at skíra bórn sin, eda heyra scriptarmál kvenna sinna, enn at gera þetta siálfir, þá skulu þeir vera þar um siálfrádir. i. e. *Item communi consensu definitum est, qvod omnes sacerdotes ab hoc tempore possent tam suos quam aliorum pueros baptizare; - - - qvicunque autem confratri suo committere malunt, ut liberos suos baptizet, vel uxorum confessionem audiat, qvam hoc ipsi facere, circa illud liberi sunt, tam nunc qvam antea.*

§. 5.

Ne baptismi negotio qvoddam ex liberâ pastoris culpâ impedimentum obsisteret, legibus cavebatur, ut ille nunqvam, nisi rusticorum concessu, à sua paroecia demigraret, (*a*)

extra domum vero sive paroeciam profectus, secum res omnes haberet, ad baptismale ministerium reqvisitas, (*b*) qvas famulus ipsum secutus ferre debuit. (*c*)

(*a*) Pastoribus aliqvò ultra provinciam suam semet impunè recepturis, parochianorum consensum esse necessarium vult R. b. Landz. l. II. cap Wil bonde barn christna låta, prester år borte, och ey medh loswe aff sokn farin, och hafwer ey lagha forfall, och mister thy barn Christendom, bôte prester thre marker them som barnit åtti. i. e. *Si colonus infantem christianismo initiari vult, pastor vero abest, & sine veniâ à paroecia migravit, causam sonticam non habens, & hinc infans christiana initiatione privatur, tum illis qvi puerum habuerant, tres marcas ipse solvat.* Huic fere verbo tenus consentit Kristnob. Wåstm. l. 10. Fl.

(*b*) K. R. Þ. tit. 1. Prestr scal eigi sva fara heiman nótt eþa leingr, at eigi hafi hann þá luti alla, at barn megi scíra, þá verþr hann secr um þat þremr mórkum, ef hann kemr i enga ravn, enn ef hann kemri ravn um þat, oc stendr þat fyri scírninni, at hann hefir eigi reiþo til, þá vardar hanom þat fiórbavgs-garþ. i. e. *Pastor domo profectus, neqvidem per unam noctem, nedum diutius absit, qvin ita rebus omnibus se instruat, ut infantem baptizare possit; si* (imparatus) *in nullam venit angustiam trium marcarum reus erit, si vero in angustiam venit, & hoc baptismum impedit, qvod utensilia in procinctu non habeat, poenâ fiorbogica multetur.*

(*c*) R. b. uppl. l. 6. Fl. aliæqve leges Sveticæ ad hoc famulitium æedituos obligant: Nu år thet Kluckarans skuld, båra bok ok stol i sokn medh presti. i. e. *Hoc aeditui officium est, ut pastorem per parochiam secutus sellam & librum portet.*

§. 6.

Cum res ad usum baptismi ordinatâs in promtu pastor non haberet, (*a*) omisso infantis baptismo, tam ejus paren-

rentibus, qvam epiſcopo, ſuæ negligentiæ cauſâ, certam mulctam dependere tenebatur. (*b*)

(*a*) Iſtæ, qvales fuerint vide infra cap. VI. §. 10 & 11.

(*b*) In hoc caſu & aliis duriorem ſententiam dicit R. R. Þ; prout videtur ex §. 5. (b), moderatiores ſunt R. R. F. Lib. I. tit. 14. Preſtr hværr ſcal hafva með ſer kriſinu oc alla þiónuſtu ef þarf barn at ſcíra, hvært ſem hann fær, enn ef hann hefir eighi, oc er hanom boðit barn at ſcíra, ef þat verðr davtt óſcírt, þá gialldi faðor barnſins ſex ǿyra, enn biſkupi þriar mærkor. i. e. *Paſtor, ſi forte opus ſit infantes baptizare, quocunqve proficiſcitur, chriſma & omnem qvi huc pertinet apparatum, ſecum ferat, ſi vero ad baptizandum vocatus, haec non habuerit, & hinc infans ſine baptiſmo deceſſerit, ſex oras infantis patri, & tres marcas epiſcopo ſolvat.* R. R. V. tit. 12. qvi tamen nullam pecuniæ multatitiæ partem epiſcopo adjudicat: Nú ſcal preſtr æi gánga ſva lángt fró kyrkio, at hann meghi æi hæyra klockor aftar, nema hann hafi með ſer þó luti alla, es hann má væita þionoſto með kvikom lutum oc dauðom, ef hann hefir æi ſva, þá er hann ſæckr þrem mörkom við ærfingia hinns er þeónoſto þarf. i. e. *Paſtor ne tantum qvidem a templo diſcedat, qvin campanarum ſonitum á tergo audiat, niſi praeſto res omnes habuerit, per qvas tam vivis qvam mortuis rite conferat miniſterium; ſi non habet, tres marcas debet haeredi ejus qvi paſtoris miniſterio indiguit.*

§. 7.

Qvi vero expetitum baptiſmi miniſterium conferre malitioſè negabant, paſtorali officio ſubmoti poenas inſuper dederunt; (*a*) nec impunitatem habuit ſacerdotum imperitia, ſi qvando hujus culpâ præſcripta in baptiſmo norma negligeretur. (*b*)

 (*a*) De

(*a*) De poena pastoris suas partes negligentis, diverse diversa loca & tempora judicarunt, ut ex seqventibus videre licet. Sc. E. p. m. 4. Prestr skal iafnan til reido verá, hvarn tíma sem hann verdr kvaddr lögliga, at skíra barn, eda at fara i nædsyn til siúks manns; if hann syninemz kvaddr, oc deyr barnit óskírt, eda siúkr madr óskriptadr, þá se hann *ipso facto suspensus ab officio misse*, oc *beneficio*, oc góz hans sem hann hefir aflat af kyrkiunni, se i biskups valldi. i. e. *Pastor semper paratus sit, quandocunqve legitime vocatur, ad baptizandum infantes, vel instante necessitate, ad visitandum aegrotos, si vocatus hoc recusaverit, ut eá de causa infans sine baptismo, aut aegrotus sine absolutione moriantur, propter hanc culpam ab officio missae dimoveatur, & a beneficio, tota vero ejus possessio, qvam ex templo* (sacerdotii reditibus) *paravit, in episcopi potestate remaneat.* R. R. Þ. tit. 1. Ef hann varnar þeim, þá vardar þat fiórbaugsgard. i. e. *Si pastor illis* (baptismi officium) *negat, supplicio fiorbögico obnoxius est.* R. b. G. tit. 20. Þat á eingi prestr at synia, nema sekiaz vili þremr mörkom viþ biscop. (Baptismale officium). *pastor nullus recuset, nisi multam trium marcarum episcopo solvere velit.* R. b. Wästg. l. 13. Sl. Barn far eig Kristnu, madher eig husl äller öleng, är präster forfallalös, tha är han saker at markum thrim widh biskup, och thrim markum widh saksökenden. i. e. *Si infans baptismo, & homo adultus eucharistiá aut unctione privantur, tum pastor, si nulla eum causa impedivit, tres marcas episcopo tresqve causae actori expendat.*

(*b*) Vide Cap. XII. §. 5. a. Qvippe magna fuit cleri ab initio ruditas, ut interdum nevix qvidem baptismum rite tractare nosset: in Laurentii episcopi Holani vita, cap. 17. legimus de qvodam Islandiæ sacerdote rudissimo, qvi cúm nullas muneris sui partes rite perageret, ab archiepiscopi Nidrosiani legatis, officio & omni dignitate exutus est: Tocu visitatores af Eilisi presti messu-söng, oc alt prestligt embætti, þar til er honum væri kent, edr hann næmi, so hann væri embættis fær. i. e. *Visitatores ergo sacrorum administrationem & omne pastorale officium Eiliso sacerdoti abrogarunt, donec denuo instituetur, vel disceret, ut ad faciendam rem divinam idoneus esset.* Hinc

pa-

pastor alter Islandus, de qvo H. R. lib. VII. cap. 148. cum ad Norvegiam appellens baptizatum vocaretur, imperitiæ suæ conscius, datum sibi negotium tanqvam periculi plenum subterfugere voluit, certè poenæ metu: Þar var einn prestr á scipi, er Bárdr het, úngr maþr oc lærdr heldr litt, sendimenn báþo prest fara heim med ser, oc scíra barnit; enn hanom leitz þat vandi vera mikill, þvíat hann vissi fákunnandi sína, oc vildi hann því eigi fara; þá lagþi Steinn ord til vid prest, oc bad hann fara, prestr svarar, fara man ec, ef þu fer meþ mer, þickir mer travst at þvi til umráþa; Steinn segir at hann vill víst þat tilleggia. i. e. *In hac nave sacerdos qvidam adfuit, nomine Bardus, homo juvenis & parum doctus, legati sacerdotem rogarunt, ut secum domum proficisceretur, & infantem baptizaret, ille vero rem esse periculosam judicans, suamqve ignorantiam cognoscens, illos seqvi recusavit; tunc Steno* (nauclerus) *sacerdotem interpellans, rogavit ut cum illis iret, sacerdos respondet, ibo si tu mecum iveris, hoc enim magno mihi auxilio fore spero, ad conferenda consilia; Steno suam operam profectò non defuturam esse dicit.*

§. 8.

Si ad baptismi aliorumqve sacrorum administrationem pastor eodem tempore vocaretur, ille hunc actum ante reliqva absolvere debebat: (*a*) qvam baptismo prærogativam veteres concedebant, qvod cum ad salutem absolute necessarium crederent; pueros enim spiritualem baptismi usum præventu mortis amittentes, audax hujus ævi judicium vitâ beata exclusit. (*b*)

(*a*) ita R. b. Östg. l. 6. §l. Nu far pråster budh, at han skal bonda skripta ok olia, nu kombår barn ok thorf kristnu widher, tha far han egh badhum burghit, tha skal han fórra barn kristna, thy at thet hawer egh aff kristnu fangit. i. e. *Si pastor nuntium accipit, ut coloni confessionem audiat & illum ungat, infans vero simul affertur baptismo indigens, ipse si utriqve succurrere non potest, christi-*

nismo

anismo infantem prius initiet, qvia hic nihil christianitatis antea recepit. K. b. Wæstg. l. 13. Sl. Barn thorf kristnu, madher husl, fyrra skal barn kristna än man husla. i. e. *Si infans baptismô, & homo adultus eucharistiâ opus habuerint, prius infanti baptismus, qvam adulto eucharistia exhibeatur.*

(*b*) Ita veteres in doctrina de baptismo errasse, cap. XI. §. 3. docebitur.

§. 9.

Pastores dum baptismum administrarunt, latinè verba omnia & orationes ad istam ceremoniam spectantes proferre debebant, (*a*) præter sermonem coram sponsoribus laicis, lingvâ vernacula habitum. (*b*)

(*a*) Ita constat (*α*) ex universali veterum consvetudine, qvod pleraqve sacra officia in hac lingvâ, licet peregrina, peragerent, qvippe Vitaliani papæ decreto, qvi jam tum seculo VII. per universam occidentis ecclesiam Latini sermonis in sacris usum introduxit. Hist. Eccl. (*β*) Ex legibus, qvæ Latinas precum & verborum formulas presbyteris baptizantibus præscribunt, qvales inter alios Sc. A & Sc. E. vid. cap. II. § 10. b. cap. XII. §. 4. a. adde *constitt. Lundenses*, in stat. synod. ubi jubent, ut pastores Latino sermone verba baptismi proferant, post ordinantes de laicis ex opposito: *Et in maternâ lingva sub eadem forma verborum doceant laycos baptisare pueros in necessitate - - - sic dicendo*: Jeg dober dig i naffn faderss oc sonss oc hellig aands amen. Secus post Reformationem pastorem verbis vernaculis uti jubet Ordinatio Eccl. Friderici III, ubi Danicè, Børn skulle dobis met Danske lessning. Latinè, *Pueri baptizentur vulgari lingvâ.*

(*b*) vid. cap. VI. §. 13. (a)

§. 10.

§. 10.

Hinc ſacerdotes latinè non docti, à baptiſmi miniſterio aliisqve ſacris officiis excluſi fuere, (*a*) ut etiam advenæ ignoti, (*b*) qvibus in ſolo caſu neceſſitatis ante laicos baptizandi poteſtas convenit (*c*).

(*a*) Summatim loqvens, baptiſmum ſubintelligit lex Islandica K. b. Gr. tit. 5, Ef byſcopar koma út higat til lanz, eþa preſtar, þeir er eigi ero lærdir á latinu túngu, hvert þeir ero Hermſkir eþa Girſkir, eigi ſcal kaupa tíþir at þeim, oc önga þiónoſto at þeim þiggia. i. e. *Si epiſcopi in hanc terram veniunt, vel preſbyteri; qvi lingvam Latinam non callent, ſive fuerint Armeniaci, ſive Graeci,* (ɔ: *religione*) *ab illis nec cantiones ſacrae emantur, nec ulla miniſteria acceptentur.* Epiſcopis qvoqve lingvæ latinæ rudibus, confirmandi poteſtatem non fuiſſe, videbis infra cap. XIV. §. 9. b.

(*b*) *Conſtitutiones Lundenſes* in ſtatutis provincialibus: *Item mandamus ut nullus preſbyter in eccleſia ſua ignotum ſeu peregrinum clericum ad celebrationem divinorum in publico præſumat admittere.*

(*c*) K. b. Gr. l. c. Ef útlendir preſtar koma út higat, þeir er eigi hafa fyrr verit út her, þá ſcal tíþir eigi at þeim kaupa, oc eigi ſculo þeir börn ſkíra, nema barn ſe ſva ſiúkt, at ólærdr maþr ætti at ſkíra; heldr ſculo þeir ſkíra, en ólærdir menn, ef eigi náir ödrum preſti. i. e. *Si ſacerdotes extranei, qvi hic antea non fuerant, ad nos veniunt; nec ſacrae cantiones ab iis emantur, nec illi infantes baptizent, niſi fuerint adeo aegroti, ut laicus illos baptizare debuiſſet; potius qvam illiterati baptizent, ſi paſtor alius acciri neqvit.* Ita legibus Islandorum cautum eſt, qvod, chriſtianismo apud illos receptô, multi advenæ ſacerdotes ab impoſturæ ſuſpicione non abeſſent, qvi operam ſuam obtruſerunt inſulanis, & ſæpe auctoritatis epiſcopalis titulô alienas partes involarunt; vid. Arii ſchedæ, & Hungr-vaka qvæ aliqvot illorum fuiſſe excommunicatos ſcribit.

Cap.

Cap. II.

De Baptiſmo Extraordinario ſive Laicali.

Synopſis.

§. 1. In caſu neceſſitatis locum habuit. §. 2. Præſcripta hujus forma. §. 3. Minoris valoris ceremoniæ. §. 4. Verba & modum baptiſmi ſcire omnes tenebantur. §. 5. Id negligentium pœna. §. 6. Baptizavit omnis Chriſtianus. §. 7. Qvin etiam homo infidelis. §. 8. Aliqvando vir & fœmina conjunctim baptizarunt. §. 9. Parentibus ſuos baptizare non licuit. §. 10. Sed vicinis hoc officium committendum erat. §. 11. Sui baptiſmi rationem parochianus parocho reddidit. §. 12. Baptiſmo laicali qvas ceremonias ſacerdos addiderit. §. 13. Bapt. extraordinarius ordinarii privilegia habuit. §. 14. Cur leges antiqvæ de baptiſmo laicali adeo circumſpecte agant.

---

§. 1.

Ne legitimis abſentibus miniſtris baptiſmus, cum eum inevitabilis reqvirebat neceſſitas, omitteretur, res ad laicos pervenit, (*a*) qvi, ſi morbus aliave tenellæ ætatis imbecillitas præmaturam mortem infanti minaretur, has partes ſuſceperunt; (*b*) videlicet magiſtratus ſacri auctoritate & juſſu, qvi nunqvam non, re ita ferente, de jure ſui ordinis conceſſit. (*c*)

(*a*) Laicorum baptiſmus leikmanna-ſkirn vulgo dicitur, *á* leikur, Danice leeg ſecularis, λαικὸς, ſed à compendio & ſimplici methodo ſkemri-ſkirn, i. e. *brevior baptiſmus.*

(*b*) Bap-

(*b*) Baptismi hoc casu à laicis tractati plura exempla, cum aliis, dat Gudm. s. Goda; kona sú er Þorbiörg het, skyldi fæda barn, hún dvaldiz leingi i siúkleikanum, sva hún gerdiz megin-lœs, oc sem höfudit var fædt á barninu, nam vid herdunum, oc tók af verki alla, þótti þeim er hiá voru, líkari dœdi enn líf barnsinu; sidan het Olafr bóndi hennar á Gudmund biskup, henni til heilsu, oc til lífs barninu, at láta syngia sálumessu fyri födr oc módr Gudmundar biskups, oc gefa tiu merkor fiska fatækum mönnum, oc sidan hann hefir heitit, fæddi konan barnit án dvalar, med enum mestu verkium, ... var þá skírt barnit af leikmanni, oc andadiz sidann i. e. *Mulier, nomine Thorberga, parturiens diu ægritudine sua laborabat, ut tandem exhauriretur viribus; nam cum caput infantis editum esset, restitit* (uterus) *humeris, omnesque dolores cessarunt, quare qui aderant mortem potius quam vitam puero parari judicabant; tunc Olavus ejus maritus, pro uxoris valetudine & vitá pueri, votum nuncupavit Gudmundo episcopo, se pro patris & matris ejus animabus sacra piacularia facturum, & decem piscium libras pauperibus daturum esse: hoc votum cum voverat, sine morá mater filium enixa est, inter maximos dolores; . . . . puer vero a laico baptizatus est, & deinde expiravit.* Similem auctor citatus repetit casum de altero infante ægerrimo, qvem idem divus, voto qvoqve sollicitatus, vitæ restituisse dicitur: Enn sem þœ hafa fest heitit, ser þegar lífs mark á barnino, sidan var þat skírt skemri skírn, oc lofudu allir Gud, oc enn góda Gudmund biskup. i. e. *Cum votum illi* (parentes pueri) *ratum fecerant, mox vitae signum in puero apparebat, deinde ille baptizabatur breviori baptismo, cunctis laudantibus Deum & bonum Gudmundum episcopum.*

(*c*) Extant plurimæ ecclesiæ veteris constitutiones mox afferendæ, qvæ tale & concedunt & injungunt laicis officium; inter illas, antiqvissima K. b. G. tit. 20. Nú es barnit sva ufrátt at œigi má presti ná, þá scolo þeir menn sem med þvi barni fara, gefa þvi namn, oc drepa i vatn, oc mæla þessor ord yfir barnino; ec scíri þig N. i namni födor oc sunar oc anda heilax; þá má þat grafa i kirkiogardi. i. e. *Si infans adeo infirmus est, ut pastor acciri nequeat, ii*

qui

qvi infantem comitantur, eum demergant in aqvam, nomenqve ei imponant, haec verba proferentes ſuper infante; baptizo te N. in nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti, tunc illi (ſi moritur) *in coemeterio ſepultura conceditur.* In externa qvoqve eccleſia, cum facto uſus eſſet, laicos baptizaſſe prolixius alii probarunt, ex qvibus huc transferam Hieronymi verba, *contra Luciferanos: Si neceſſitas cogit, ſcimus etiam licere laicis baptizare, ut enim baptiſmum accipit qvis, ita & dare poteſt.*

§. 2.

Paucos & ſimplices hujus baptiſmi ritus, miniſter extraordinarius triplici infantis immerſione vel aqvæ aſperſu abſolvit, qvibus ſolennis baptiſmi formula & nominis impoſitio adjungebatur (*a*) reliqvis ceremoniis primæ ſignationi, qvæ ſeqvi debuit, reſervatis. (*b*)

(*a*) Hoc officium laicis ita fuiſſe peragendum, antiqva & recentiora eccleſiæ jura conteſtantur, unum hic allegare ſufficiat, R. R. M. tit. 3. Ef barn er með litln liſui ok nðr æighi preſtí, þa ſcal ſcíra hverr ſem i hiá er, iamnvel faðir æða móðir, ef æi ero aðrir mænn till, ok dyſua barni i vatn, ok mæla þeſsorr orð meðan: ek ſkíri þik barn, i nafni fǒður ok ſonar ok hæilaghs anda, ok ſkal viður þeſsorr orð ecki avka ok ecki aftaka. i. e. *Si infanti tantillum vitae ineſt, ut ad paſtorem pervenire neqveat, tum qvicunqve ad fuerit, qvin pater etiam vel mater, aliis abſentibus, eum baptizet, & in aqvam tingat, interea haec verba dicens: te infans baptizo in nomine Patris, Filii & Spiritus ſancti, qvibus verbis nec dematur qvidqvam, nec addatur.* Sed multò recentior Sc. E. p. m. 2. triplicem determinat aſperſionem, qvam vaſculo perinde ac volâ rite fieri dicit: Drepi barni i vatn þrimur ſinnum, eda kaſti á hofut med keraldi eda lófa ſinum, ef eigi náir ǒdro, oc ſegi þeſsi ord, med rettri trú oc fullri ætlan at ſkíra: ec ſkíri þic, oc cetera, oc gefi nafn barni. i. e. *Infantem aqvâ per tres vices mergant, aut ſi ſecus non potuerint,*

tuerint, è vola ſive vaſculo aqvam capiti infundant, recta fide, & certo baptizandi propoſito dicentes; baptizo te, & cætera, nomenqve puero imponant.

(*b*) vide §. 12.

§. 3.

Huic communi laicalis baptiſmi formæ qvidam vetuſtiores (*a*) nonnullas addunt minoris momenti ceremonias, qvarum præcipuæ ſunt præcedanea infantis per plura crucis ſigna accommodatio, & aqvæ conſecratio. (*b*)

(*a*) Qvi ante Joannem archiepiſcopum Birgeris filium leges tulerunt.

(*b*) Aqvæ conſecrationem & alias, qvas dixi, ceremonias laicis præſcribit K. R. H. tit. 2. Ef ſótt gengr at barninu á veg úti, oc má æt preſti ná, þá æighu þat at geyra er með barninu fara, geyra kroſs á baki oc brióſti oc i hværum ſtað er kriſmo ſcal álæggia, oc taka vatn oc geyra kroſs i, oc mæla ſo; ec vìghi þic vatn i nafni foður oc ſonar oc hæilags anda, oc dræpa barnenu i vatn þryſvar. *Si in itinere morbus infantem afficit, nec ei ad paſtorem pervenire licet, tum infantis comites ita facient, in tergo, pectore, & ubicunqve chriſma ponendum eſt, ſignum crucis faciant, aqvam accipiant, crucisqve ſigno ſuper illam notatô ita dicant: te aqva conſecro in nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti, infantem, qve poſtea in aqva immergant.* Aqvam à laicis conſecrari etiam jubet, & conſecrandi modum ſimul oſtendit K. b. Gr. tit. 1. vid. cap. VI. §. 3. (b) Talem aqvæ à laicis peractam conſecrationem recentiores antiqvarunt, ſic enim Sc. A. Ecki eigu ólærdir menn vatn at vigia. *illiterati* (i. e. laici) *aqvam non conſecrent.*

§. 4.

Ut hoc ſacrum officium decenter tractarent laici, omnes à ſeptennio maſculi & fœminæ legitimam baptizandi

 nor-

normam didicerunt, (*a*) qvam parochus qvisqve ſuo coetui tradere debuit, (*b*) juxta atqve ſymbolum apoſtolicum & orationem dominicam. (*c*)

(*a*) Præſcribente K. R. A. tit. 1. Hveriom manni ſiau vetra gömlum eda ellri, er ſcyldt at kunna barn at ſcíra, ſva oc at kunna pater noſter, credo oc ave Maria, enn ef madur kann eigi fyrir ſacir vanrœktar, oc hefir hann vit til, þa er hann ſekr þrim mörkum biſkupi. i. e. *Qvilibet homo ſeptennis aut natu major ritum baptizandi infantes, pater noſter, credo &* (hymnum) *ave Maria, mente tenere obligatur, ſi vero plena potitus ratione, propter negligentiam non tenet, tres marcas epiſcopo perſolvat.* Qvam ſententiam ſuam qvoqve facit. K. b. Gr. tit. 1. Karlmanni hveriom er ſcyldt fulltíþa at kunna orþ þav at ſcíra barn, oc þav atferli er þar fylgia; ef hann kann ecki fyrir ordktar ſacir, oc varþar hönom fiörbaugsgarþ. i. e. *Vir qvilibet maturus aetate, verba baptizandi infantes, & quae huc pertinent ceremonias ſcire tenetur; ſi propter negligentiam neſcit, poenae fiörbögicae obnoxius erit.* Qvo in loco qvamvis hæc conſtitutio tantum viros nominet, tamen, qvod de fœminis hoc etiam ſub intelligat, non obſcure alibi teſtatur. vid. §. 5. (d)

(*b*) Pertinere hoc ad ſacerdotum partes docet Sc. A: Preſtar eigu at minna ſóknarmenn ſína at þeir kunni rett pater noſter, credo in Deum, ave Maria, reqviem eternam, börn at ſcíra þá er nœdſynear kreſia, oc próſa þá þar af i. e. *Paſtores ſuos paræcos admoneant, ut orationem domini, ſymbolum apoſtolicum* (hymnum) *ave Maria & requiem aeternam probe teneant, nec non, ut urgente neceſſitate* (ſciant) *infantes baptizare, & de his illos examinent.* His deniqve addo Girderem epiſcopum Scalholtinum, qvi ſuâ conſtitutione formulam baptiſmalem, cum aliis fidei dogmatibus in homiliis ſacris doceri præcipit: Hver preſtr i ſinni kyrkiu ſókn prediki fyrir ſino ſóknarfólki á ſunnudögum, oc hátíþis dögum af heilagri trú almenniligri, oc hennar articulis, af ſeptem ſacramentis oc ſeau höfud ſyndum, oc himinríkis fagnadum, oc helvítis píſlum, oc at þeir menn yfir bœti er ádr hafa vangeymt, credo in deum, pater noſter, Marin

rin vers oc barna ſcírnar ord i. e. *Paſtores, in ſua qvisqve parochia, dominicâ qvavis & feſta die, coram ſuis paroecis dicant, de ſancta catholica fide, ejusqve articulis, de ſeptem ſacramentis, totidemqve peccatis capitalibus, de regni cœleſtis gaudiis, tormentisqve inferni, horteturqve ut ſemet emendent, qvi ſymbolum apoſtolicum, orationem dominicam, verſum Mariae, & paedo baptiſmi verba dedi dicerunt.* vid. §. 14. (b.)

(c) Qvod antiqvitas, tanqvam primum & præcipuum, in junioribus deſiderabat, hoc erat ut ſacras haurirent diſciplinas, & confirmarentur, his enim præſtitis, illos ad baptizandum, & in baptiſmate ſpondendum idoneos judicavit, de qva re plura infra cap. XIII. §. 11.

§. 5.

Si qvis vero, ſpreta parochi manuductione, ad præ ordinatum ætatis terminum, verba & modum baptiſmi nondum teneret, hic negligentiæ ſuæ & contumaciæ qvandoqve poenas dedit. (a)

(a) Multi qvidem eccleſiæ veteris legislatores, ut in prægresſis jam oſtendi, laicos modum baptizandi ſcire jubent, hoc vero mandatum pauci poenâ ſanciunt, J. E. Arnæ epiſcopi, pueris ſeptennibus, ſi propter ignaviam baptizare neqveant, multam trium marcarum irrogat. vid. §. 4. (a), ſecus K. R. Þ. qvamvis ſeptennes baptizare jubeat, in his tamen adèo tenellis diſcendi oſcitantiam non animadvertit, ſed annos natis duodecim, qvaſi jam ultimum transgresſis terminum, poenam annuli pro vita ſolvendi infligit; hæc ejus ſunt verba, tit. 1. Karlmanni hvereom tolf vetra gömlum oc kono er vit hefir til, er ſcyldt at kunna þav orþ oc atferli er barn ſcal ſcíra, enn ef þav kunna eigi fyrir óræctar ſacir, eþa verþi eigi rett at farit es barn ſcal ſcíra, oc þörf verþr, varþar fiörbavgsgarþ. i. e. *Vir qvisqve annos habens duodecim, & rationis maturæ foemina, verba modumqve ſcire debent, qvibus in baptiſmo infantum opus eſt, ſi vero propter incuriam neſciunt, aut ubi baptizandum eſt, & id reqvirit neceſſitas, non recte negotium hoc conficiunt, poenae fiorbogicae obnoxii ſunt.*

§. 6.

Qvantum ad personas extra ordinem officio baptismi functuras, tales fuere primò viri adulti, (*a*) naturali necessitudine cum initiandis non conjuncti, (*b*) qvi si coram non essent, baptizandi potestas proximè cessit pueris septennibus, vel, modò præscriptis dogmatibus instructi essent, ad hanc nondum ætatem provectis, (*c*) post hos vero mulieribus, (*d*) qvæ tamen viris & pueris potius verbis præire, qvam ipsæ baptizare debebant. (*e*)

(*a*) Jus baptizandi viris adultis ante reliqvos semper dabatur, ut videre est ex K. R. H. Grag. in appendice, & K. R. A. vid. notas. (c) (e)

(*b*) vid. § 9.

(*c*) Gragás in appendice: Sveinn siau vetra gamall scal scíra barn, ef eigi es roscin til, hvíat eins scal yngri sveinn scírá, ef hann kann pater noster oc credo in dominum. i. e. *Si qvis adultus non adest, puer septuennis baptizet; eâ tantum lege puer junior baptizabit, si pater noster & credo in dominum didicerit.* K. R. A. tit. 1. Hvi at eins scal yngri madr scíra enn siö vetra, ef hann kann at ferli, oc se einginn ellri madr heá. i. e. *Homo septuenni junior hac conditione baptizet, si methodum noverit, & natu major nemo adfuerit.* Hoc tam male sanum antiqvitatis judicium, imperitis pueris & stupidis qvibusqve hominibus rei sanctissimæ administrationem credendo, jure meritoqve damnavit Otto Einaris, paulo post reformationem episcopus Scalholtinus, in synodalibus anni 1591 scribens: hafa hertil dags i all mörgum staudum á landi voru verit óvandadir scíri sedurnir, so jamnvel hafa úngmenni oc ambáttir verit höfd til at scíra sináborn, so sem adrir valinkunnir oc gudhræddir menn, enn hverr sem þess dirfiz framar, hafi þat straff sem yfirvaldit vill álleggiá, bædi sá sem scírir móti þessu forbodi, oc hinn sem scíra lætur. i. e. *Ad hunc usqve diem baptizatores, secus ac par erat, electi fuere,*

fuere, ut ad paedobaptiſmum adhiberentur vel etiam pueri & ancillae, tanqvam optimae notae & religioſi homines, qvi vero in reliqvum hoc facere praeſumit, pœnam luet, qvam magiſtratus infligere vult, tam, qvi ſpreto hoc interdicto baptizavit, qvam qvi baptiſmi adminiſtrationem talibus commiſit.

(*d*) Fœminarum non minus qvam virorum baptiſmum càſus neceſſitatis toleravit: Grag. in appendice; Scíra ſcal kona ef eigi er karlmaþr til. *Si vir abſuerit, fœmina baptizabit.* Et K. R. A. tit. 1. Scíra ſcal kona barn ef ecki ero karlar til, oc vardar henni ſlict ſem karlmanni, ef hún kann eigi, eda verdr ecki rett at farit, þá er til þarf at taca. i. e. *Si vir praeſto non fuerit, foemina infantem baptizet, qvod ſi neſciverit, aut baptiſmum, re poſtulante, legitimè non tractaverit, in parem poenam in curret ac viri.* Item Sc. Æ. p. m. 2. Verdr barn ſiúkt á leid, þá ſcíri þegar karlmenn þeir ſem næſtir ero, oc konur ef karlmönnum nær eigi. i. e. *Si in itinere puer aegreſcit, viri qvi adſunt eum baptizent, fœminae vero, ſi viri arceſſiri neqveunt.* Conſentiunt iſtis leges Svecicæ, ex. c. K. b. Wäſtm. l. 10. Sl. Nu kan barnit ſiukt föt vera - - - ok åi the pråſti na konno, tha agho mån that döpa i watne, ok i ångo andro; åro åi mån til, tha ſkolo konor thät barn döpa. i. e. *Si jam adeo morbidus naſcitur infantulus, ut paſtorem arceſſire neqveant, viri in aqva, ſed nullo alio* (liqvore) *illum baptizare debent, viris vero abſentibus, fœmina infantem baptizet.* Contra in eccleſia primæva fœminis baptizare non licuit, oſtendente Binghamo, *Hiſtor. Scholaſticâ de Bapt. laicorum* I. §. 17. & G. Voſſio diſp. XI. th. 10. ſeq. ubi Tertullianus: *Non permittitur mulieri in eccleſia loqvi, ſed nec docere nec tingvere, nec offerre.* Qvanqvam de ordinario baptizandi munere qvidam hoc intelligunt, & opponi volunt Marcionis & Pepuzianorum inſtitutis, per qvæ publicum verbi & ſacramentorum miniſterium fœminis conceſſum eſt; vid. J. A. Schmidius *de Baptiſmo per arenam.*

(*e*) Tantam hic viri præ fœmina idoneitatem agnoſcit. K. R. H. tit. 1. Karlmaþr ſkal barn ſkíra, fyrr enn kona, ef hann kann eigi ord eþa atferli, þá er rett at kona kenni hanom. i. e. *Vir prius qvam,*

qvam fœmina infantem baptizet, si hic verba vel modum nescit, justum est, ut fœmina illum doceat. Ubi exemplar auctius habet: Rett er at kona kenni hanom at skíra barn, enn eigi skulo konor skíra börn, nema eingi se kostr annar, oc hin mesta nauþsyn se til, oc se hvarki hiá karlmaþr, ne sveinbarn, þat er hun megi þeso hendor á leggia, at skíra barnit. i. e. *Rectum est ut virum mulier doceat paedobaptismum; mulieres vero ipsae pueros ne baptizent, nisi nullo pacto aliter fieri potest, summaque urget necessitas, nec vicini sint vir vel puer masculus, cujus manus ad baptizandum infantem illa dirigere possit.* Lex eccl. cimbr. cap. 2. Cunæ skal aldrigh børn døpa ef man er til. i. e. *Si vir adsit, fœmina nunqvam baptizet.* At secus post Reformationem constituit apud Islandos J. F. Reform. cap. 1. Fyrr skal skíra yfirsetokona, edur aunnur fróm oc skynsöm kona sem vid er stödd, heldr enn úngmenni. i. e. *Obstetrix, vel alia qvae adest sapiens & honesta mulier, infantem potius baptizent qvam pueri.* vid. not. (c)

§. 7.

Deniqve damnanda juniorum licentia non nunqvam eò temeritatis processit, ut qvoqve infideli & ethnico, christianis absentibus, sanctum baptisma tractare permitteret. (*a*)

(*a*) Jus baptizandi ethnicis facit Agr. h. t. tit. Einghinn má oc annar barn skíra enn prestr uttan nædsyn, enn i nædsyn má hvær madr skíra, karl sem kona, hæidinn sem kristinn. i. e. *Nemo praeter pastorem, sine necessitate infantem baptizet; in casu verò necessitatis homini cuilibet baptizare licet, tàm viro qvàm fœminae, tàm ethnico qvàm christiano.* Nimirum ecclesia nostra adeo libere judicavit, cum hic ut alioqvin matris auctoritatem & placita seqveretur, ecclesiam dico externam, apud qvam ille pristinus disciplinæ rigor jam adeo remiserat, ut non modo homini cuivis fideli, sed vel hæretico & gentili baptismi conferendi copia fieret, sic enim conc. Florent. decrevit (apud Vossium disp. XI. th. 10 seq.) *Minister baptismi est sacerdos,*

cui

cui ex officio competit baptizare, in caſu autem neceſſitatis, non ſolum ſacerdos vel diaconus, ſed etiam laicus vel mulier. imo etiam paganus & hæreticus baptizare poteſt, dummodo formam ſervet eccleſiæ, & facere intendat qvod facit eccleſia. Similem canonem ex *rituali Romano* affert Bingh. hiſt. Scholaſtica de Bapt. laicorum, lib. 1. §. 24. *Qvoties infans aut adultus verſatur in vitæ periculo, poteſt ſine ſolennitate à qvocunqve baptizari, in qvalibet lingva, ſive clerico, ſive laico, etiam excommunicato, ſive fideli, ſive infideli, ſive catholico, ſive hæretico, ſive viro, ſive foemina, ſervatâ tamen forma ſive intentione eccleſiæ.*

§. 8.

Rarius eccleſia vetus baptiſmi negotium viro fœminæqve ſimul demandavit, ita qvidem, ut actum eundem ſucceſſive tractarent, puta repetitis verbis & actionibus, qvæ huc pertinuerunt. (*a*)

(*a*) Mirum ſane & inauditum duplicis baptiſmi genus; qvale non obſcurè præſcribit. R. R. V. tit. 2. Nu líðr oft at barni á veghom úti, ſva at hætt er vit dauða, af ſcolo þav klæði ræckia, mæla karlmaðr ſyrir enn kona eptir, nefna barn á nafn, ok ſciri þic i nafni Faðor oc Sunar, oc Andans hælgha, oc mæla ſva þryſvar. i. e. *Jam vero ſaepe ſub dio in itinere infans adeo lanqveſcit, ut de vitâ periclitetur, tum illi* (vir & foemina, qvi infantem ad baptiſmum ferunt), *veſtem detrahant, vir prius* (verba in baptiſmo adhibenda) *proferat, poſterius vero foemina, infantem nomine appellent, & ter ita dicant: te baptizo in nomine Patris, Filii & Spiritus ſancti.* Adde R. b. Suderm. I. infra, §. 13. (b) qvi etiam duobus hoc officium demandare videtur.

§. 9.

Porro, qvod ad vicarios baptiſmi miniſtros attinet, in legibus hoc peculiare obſervatur, qvod pueri baptizandi

F paren-

parentibus non niſi ultima neceſſitas, cum praeſtò alii non eſſent, hunc actum obire permitteret, (*a*) qvippe ſpiritualis cognationis cauſâ, qvæ hinc inter conjugatos antiqvitatis judicio coaluit. (*b*)

(*a*) Qvod ad tales non niſi cæteris abſentibus venia baptizandi pertinuerit, ex pluribus liqvet conſtitutionibus, qvam hic ſingulæ poſſint enumerari. K. R. H. tit. 4. Enn kann ſo at beraz at hión tvô fara með barni ſíno til kyrkío at ſcíra, fyrir því þau hafna æi aunara manna koſt fyrir mann fædis ſakir, oc ſôcer ſva miôc ſótt á leið at því barni, at æi má ná preſti, oc æingum ôðrum mônnum, þa ſcolo þau ſcíra ſiálf, hældr enn hæiðet dôye. i. e. *Contingere poteſt, ut duo conjuges cum infante ſuo baptizando ad templum eant, propterea qvod ob hominum paucitatem, aliorum opem conſeqvi non poſſunt; ſi jam inter eundum tantus morbus infantem inceſſerit, ut nec ad paſtorem nec alios homines pervenire illis liceat, ipſi potius eum baptizent qvam profanus emoriatur*, K. b. Gr. tit. 1. Þvi at eins ſcal faþir ſcírn veita barni, ef eigi ero aþrir menn til. i. e. *Hac tantum conditione pater infantem baptizet, ſi homines alii praeſentes non fuerint.* Et Sc. E. Scíri eigi fyrr fadir eda módir, enn óſcírt deyi annars. i. e. *Pater aut mater non prius baptizent, qvam* (infans) *alioqvi ſine baptiſmo moriturus ſit.* K. b. Helſingl. XI. ſl. Bygger karl ok kårling i torpi en ſamin, ok kuna hans fôdher barn, fyr ån thet hedhit dôr, dôpi thet fadher åller modher, ty at the hafdu ingum andrum til ſighia, ther ryfs åy hionalagh fore gudſiwialagh. i. e. *Si ruſticus & ruſtica in villa ſoli habitant, & uxor ejus infantem parit, priusqvam puer ethnicus occumbat, pater aut mater eum baptizent, ſiqvidem opem ab alio petere neqvibant, in tali caſu matrimonium propter divinae cognationis conſortium non diſrumpitur.* Addo deniqve *conſtitutiones Lundenſes, inſtat. ſynod. Indicamus non patrem nec matrem debere baptizare pueros, niſi in ſumma & extrema neceſſitate, & periculo pueri.*

(*b*) Bap-

(*b*) Baptiſmi ab alterutro parentum collati improbationem, ut dixi, genuit ſacræ cognationis figmentum, ejusdemqve diffuſio, ſicut enim per baptiſmi officium cum ſuo qvisqve filiô, ita qvoqve cum conjuge imaginariam neceſſitudinem contraxit, qvæ juxta cum vero & naturali ſangvinis nexu gradus prohibitos conſtituit, ut in Diatribe *de cogn. ſpirituali* fuſius oſtendam; noſtros vero majores hanc qvoqve legem à curia Romana mutuatos eſſe non dubito, qvamvis eam parentibus baptiſmi miniſterium prohibuiſſe non obſervarim.

§. 10.

Hinc cum parentes, in has vel illas anguſtias redacti, filium baptizandum paſtori afferre neqvirent, illos cuiqvam ex vicinia idoneo homini hoc munus delegare oportuit: ſi vero ille hoc facere dedignatus, præpedimentum baptiſmo objiceret, tam epiſcopo qvam infantis baptizandi parentibus pecuniam lege definitam dependit. (*a*)

(*a*) Ponunt hunc caſum, & cautionem faciunt plures Sveticæ leges, ex qvibus hic in medium proferam. Kirkiob. Lands l. 2. cap. Warder barn ſiukt födt, för än thet hedhit dör, döpe thet fadher eller modher: Boa-flere i by samman, och gånger bonde til ſin granne, och bedhis gudz ſöwialagh, och granne ſön, och wil ey, dör thet barn hedhit, böte granne ſom ſönde thre marker, eller dyli medh tvo manna eedhe, at han hauom ey gudz ſöwialagh ſönde, faller han åth eedhe, böte biſkopenom tolff öra, och tolff öra barnſens fadher, får thet barn chriſtendom vare ſaklös. i. e. *Si puer aegrotus naſcitur, illum priusqvam ethnicus moriatur pater aut mater baptizent, ... ſi plures in villa qvadam cohabitant, colonus vicinum ſuum adeat, & de ſpiritualis cognationis officio illum roget, ſi recuſat vicinus & non vult, & ille infans ideo ethnicus moritur, vicinus qvi dedit repulſam tribus marcis hoc expiet, aut ſe ſpiritualis cognationis officium non recuſaſſe decem virorum juramento neget, ſi vero juramento offendit, oras duodecim epiſcopo, totidem-*

qve infantis parentibus ſolvat; ſi baptiſmum iſte infans nanciſcitur, impunitatem (vicinus) *habeat.* vide K. b. Uppl. L. 2. Sl. qvi ab hoc loco vix verbo diſcrepat.

§. II.

Qvo magis de brevioris baptiſmi legitima adminiſtratione conſtaret, laicos mox paſtorem convenire, modumqve & verba qvæ adhibuerant coram recitare oportuit, (*a*) vel illi hujus examinis loco juxta normam legitimam baptiſmum fuiſſe peractum, teſtibus & juramento firmarunt. (*b*)

(*a*) Plura juris canonici lemmata hoc inculcant: lex eccl. Cimbr. cap. II. Thet ſkúlæ mæn oc vitæ hwa barn doptæ, oc hwєth hin ſaghe ther barn doptæ . . . . forthy at ſwa ſkal hin ſighæ ther barn dopær, æc dopæ thic i Fathers nafn oc Suns oc hin hæligh And. i. e. *Notum ſit, oportet qvis infantem baptizarit, & qvibus verbis baptizans uſus ſit . . . . qvi enim puerum baptizat, ita dicat: baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* K. R: G. tit. 2. Ef barn andaz á gōtu, þá ſculo þœ halða fram fōr ſinni oc hitta preſt, oc mæla þœ orð fyrir preſti. i. e. *Si in ſemita infans moritur, ſuum iter pergant donec paſtorem conveniunt, & coram ipſo ea verba pronuntient,* (qvibus baptizantes uſi ſunt.) Cui calculum ſuum adjiciunt. K. R. Þ. vid. cap. XI. §. 7. (a) & K. R. V. vid. cap. XII. §. 3. (a)

(*b*) Ita K. R. F. lib. I. tit. 3. Ef preſter tortryggir at barn ſe ſkírt, þá ſanni ſá með æins æiði ſem ſkírði, eða ſá ſæm nær var. i. e. *Si paſtor infantem fuiſſe baptizatum dubitat, qvi baptizávit aut qvi baptiſmo aſſuit, hoc ſui unius juramento verificet.* Similiter poſt reformationem laicus baptiſmi ſui rationem ſacerdoti reddere debuit, ſecundum jus eccl. Reform. cap. 1. Vitni ſkal ſá hafa er ſkírir ef hann má, at hann haſi barn ſkírt, oc með hverri atferd til barnaſkírnar orda, oc ſanni ſva með eidi, ef preſtr miſgrunar ſkynſemi þeſs er ſkírdi, i. e. *Qvi baptizat, ſe infantem baptizaſſe & formulae*

mulae baptismalis verba rectè dixisse, testes si potest adhibeat, & insuper (suam assertionem) *juramentô confirmet, si pastor de ejus qui baptizaverat scientiâ suspicatur.*

§. 12.

Baptismi à laicis ritè tractati simplicitatem, nunc prima signatione, (*a*) tunc ceremoniis & lectionibus actum immersionis seqventibus, parochus supplevit. (*b*)

(*a*) In hoc casu ut sæpe alias magistratus ecclesiastici sententia differebat; Primæ signationi locum hic faciunt K. R. V. & K. b. Wåstg. I. qvorum testimonia infra cap. V. §. 5. (b) videbis.

(*b*) Ita Eilifi archiepiscopi constitutio, qvæ primæ signationis ritum simul excludit: Ef prestr prófar þat rettiliga eftir heilagrar kyrkiu skipan skírt vera, þá leiði prestr þat þegar i kyrkiu, utan prim signan, oc leggi oleum sanctum á briést oc bak, sine interrogacione, abrenunciacione oc cetera, dicendo, ego lineo te, oc cetera, oc legði krisino i hǫ́fut, oc segi þǫr oraciones, er þar ero tilgerrar, oc þat allt sem vant er, síðan barn er úr font tekit. i. e. *Si pastor infantem comperit ritè & secundum sanctae ecclesiae instituta baptizatum esse, tum eum, prima signatione omissâ, in templum deducat, tergo & pectori oleum sanctum illinat, sine interrogatione & abrenuntiatione, porro dicens; ego lino te & caetera, chrisma in caput deponat, & ad hunc actum ordinatas orationes recitet, quaeqve dici solent omnia postqvam é baptisterio infans sublatus est.* Cum hoc faciunt K. R. S. lib. I. tit. 3. Ef barn styrkiz viðr, fǫri till prests sæm skiótazt, oc læggi hann crisino á, með þæima orðom oc embætti er æptir skírn er. i. e. *Si infans convalescit, illum quam citissime ferant ad parochum, qui puero chrisma conferat cum iis verbis & officiis, quæ ipsum baptismi actum sequuntur.* K. R. Þ. tit. 1. Ef barn lísnar, þá skal prestr veita því alla reiþo þá er uppi es, frá því er i vatn es drepit barnino. i. e. *Si infans* (qvem rite laicus

 bap-

baptizaverat) *reviveſcit, paſtor id omne miniſterium exhibeat, qvod infante in aqvam immerſo* (conferendum) *ſupereſt.* Deniqve tam primam ſignationem, qvam ritus baptiſmales immerſione poſteriores, hoc caſu reqvirit Sc. A. ubi datis de prima ſignatione præceptis, cap. V. §. 2. (c), ita pergitur. Hann ſcal ſídan barn leida i kyrkio, ſmyria á bryſti oc millom herda med oleo ſancto, oc ſídan med criſmo i höfdi, færa i ſkírnar klæþi, oc ſá kerti loganda i hönd, oc gera þeſsa alla luti med tilſkipudum ordum, enn ſella vidur allar ſæringar, oc þeſs háttar bænir ſem fyrir ſkírn at eins eigu at vera. i. e. *Infantem in templum poſtea ducat, pectusqve* (ejus) *& humeros perungat oleo ſancto, ſed caput chriſmate, luſtricá veſte induat, inqve manu ipſius candelam ardentem ponat, & verbis hoc caſu praeceptis ſingula peragat, omiſſis tamen exorciſmis aliisqve precibus, qvibus tantum ante baptiſmum locus eſt.*

§. 13.

Qvibus laici canonicè & legitimè baptiſmum miniſtraverant (*a*) illis non ſecus ac ſacro fonte ſolenniter ablutis, & à parocho initiatis, conjuncti baptiſmo uſus & privilegia concedebantur. (*b*)

(*a*) De caſu oppoſito, vid. cap. XI. §. 4. ſeq.

(*b*) K. R. V. tit. 3. Nú ef barn andaz a þeirri læido med ſlíkri ſkírn ſem nu er talt, þá ſcal þat grafva i kyrkiogardi ſva ſem preſtr hafvi ſkírt. i. e. *Si infans tali, ut diximus, baptiſmo initiatus in via moritur, tum ille in templi ſepulcreto condatur qvaſi paſtor baptizaſſet.* R. b. Sudherm. l. 9. Fl. Gudhfadher ok gudh modher maghe i trangum barn döpa - - -, ther barn ma i wighda jordh läggia, ok arf taka. i. e. *Ubi res poſtulat, patrino & matrinæ infantem baptizare licet - - - talem infantem* (cum moritur) *in terra conſecratá ſepeliri, & haeredem fieri oportet.* Lex Scanica lib. 1. tit. 3. Wordher barn ſwa ſiukt, at thz maa ey til kirke komme,

komme, oc faar tha ſin chriſtendom aff anner man, eller aff kone, tha ſtander thz arff, ſom thz wor chriſtnet at kirke. i. e. *Si puer tanto morbo corripitur, ut ad templum deduci non poſſit, & hinc à viro alio ſive foemina chriſtianis ſacris initiatur, jus haereditatis nanciſcitur, non ſecus ac ſi baptiſmum in templo recepiſſet.*

§. 14.

Has omnes laicalis baptiſmi accidentias & momenta, adeo diligenter notavit antiqvitas, qvod chriſtianiſmo jam recens condito à miniſtris ordinariis magna eſſet ſolitudo, & hinc paſſim baptiſmi adminiſtratio rudi plebeculæ neceſſario crederetur, (*a*) cujus imperitia omnium huc ſpectantium notitiam poſtulavit. (*b*)

(*a*) Qvod in nova ecclèſia baptiſmum & alia qvædam ſacra officia fere laici curæ habuerint, per bonam conſeqventiam colligo ex Eyrb. ſ. cap. 39. ubi ſacerdotum illo temporis articulo infreqventiam obeundis his partibus non ſuffeciſſe teſtatur. Snorri Godi ſlutti meſt kriſtni bodit vit veſtfirdinga, oc let hann þegar eptir þingit kirkeo gôra at Helgafelli, enn adra Styr mágr hans undir Hrauni, drô þat midc til um kirkeo giôrdir, at þat var kennimanna fyrirheit, at madr ſkyldi eiga jafnmaurgum rúm i himinriki, ſem ſtanda mætti i kirkeo þeirri er hann let-giôra, enn eigi vurdu kennimenn til at veita tídir i kirkeom, þó gervar væri, þrí þeir varo þá fáir á Iſlandi. i. e. *Snorro Curio apud occidentales* (Islandos) *chriſtianae fidei praeconium omnium maxime promovit, finitisqve generalibus comitiis, hic Helgafelli,* (ubi habitavit) *Styr vero ejus ſocer Rauni, ſacras aedes mox condiderunt, templorum enim ſtructuras non parum admaturavit promiſſum à ſacerdotibus datum, quenqvam* (per operis ſupererogatorii meritum) *in regno coeleſti potiturum eſſe tot hominum receptaculo, quot caperet templum ab eo exſtructum; ſacerdotes autem praeſto non erant, qvi in templis jam aedificatis ſacra facerent, qvippe qvi tunc pauci in Islandia fuerunt.* Videlicet fere ab exteris arceſ-

arcessiti doctores rei divinæ tunc temporis præerant, non raro ignavi & huic negotio impares, qvo respicere videtur. O. M. cap. 48. ubi de primo ecclesiæ nostræ statu qveritur. Var fólkit hart oc styrkt i utrúnni, oc vildi seint láta sid frænda sinna, enn kennimanna fæd var mikil, oc þó ódiarfir þeir er voro, fyrir sakir úvitsku oc úkunnandi at fara med danskri túngu, þvíat þeir vóro miöc fyrirlitnir af mönnum. Pro Reenh. versione hanc habe: *Vulgus durum & in gentili superstitione fixum, à majorum moribus abire diu detrectavit; sacerdotes vero qvam paucissimi, & praetereà qvotqvot erant, metu non carentes, ob imperitiam & lingvae Danicae ignorantiam, ab aliis enim propterea contemti sunt.*

(*b*) Laicis utriusqve sexus rectam baptizandi normam sollicite inculcandam esse monet Sc. E. & rationem reddit, qvod ob sacerdotum distantiam & plebis inscitiam pueri non baptizati saepe praematurâ morte abripiantur, verba sic jacent: Af þvi at börn döya opt óskírd, þar sem eigi getr presti fært, sakir vankunnostu þeirra sem hea ero staddir, þá skal sóknar prestr hverr lysa opt fyrir fólki, oc kenna innvirduliga, at þegar navdsyn er til, þá skíri karlmenn er næstir ero, oc konur ef karlmönnum nær eigi. i. e. *Qvia infantes, ubi ad pastores ferri non possunt, saepe ob praesentium ignorantiam non baptizati moriuntur, parochus populum crebro moneat, & diligenter informet, ut ubi opus est, viri vicini baptizent, vel foeminae, si viri absuerint.*

Cap.

Cap. III.

De Reqvifitis Baptizandorum.

Synopfis.

§. 1. Aliud noftra ecclefia, aliud externa in baptizando defideravit. §. 2. Qvinam baptifmi non capaces. §. 3. Ab adultis reqvifitum ut fidei confentirent. §. 4. Hic affenfus vel caecus & coactus baptifmo qvem idoneum reddidit. §. 5. Parentes excommunicati pro fuis qvoqve filiis baptifmum obtinuere. §. 6. Baptifmo dignus juftam corporis formam habere debuit. §. 7. Qvæ tamen interdum non tam in baptizandis qvam in educandis qværebatur. §. 8. Islandi tales conditiones non curarunt. §. 9. Ætas recentior qvomodo hoc cafu ftatuerit. §. 10. Embryones baptizati.

§. I.

Cum primævi chriftiani nec certæ conditionis homines ad baptifmum ulla ratione admitterent, (*a*) nec qvosdam præterea, nifi qvi folemniter ad eorum communionem recepti per qvatuor catechumenorum ordines debito facrorum dogmatum exercitio vacaverant, (*b*) borealis contra ecclefia, tum fine difcrimine cum inftitutione prævia, omnes baptifmo cenfuit idoneos. (*c*)

(*a*) Tales fuere fcenici, aurigæ, impudici, qvomodocunqve id effent, magi, idolorum artifices, ludorumqve fpectatores, qvos omnes, profeffionem five artem eandem porro exercituros, à baptifmo primæva ecclefia abegit. Bingh. lib. XI. cap. V. §. 6. & feqq.

(*b*) Primum catechumenorum ordinem constituebant ἐξωθέμενοι, sic dicti qvod à publicis Christianorum sacris arcerentur, donec aliqvantisper fuerint instituti. Secundum tenebant ἀκροώμενοι, à veniâ sacras conciones publice audiendi. Tertium γονυκλίνοντες, latinè *genuflectentes* seu *prostrati*, qvi cum cæteris procumbentes orarunt, acceperuntqve benedictionem. Qvarti ordinis & ultimi fuere βαπτιζόμενοι, qvi proximi demum fuere baptismatis candidati, & ab hujus solemni coram episcopo petitione *competentes* latinè vocati sunt, atqve *electi*, qvoniam ab episcopo, post crebra de fide & dogmatibus examina, immediate ad baptismum eligebantur.

(*c*) Licet persvasoriam de summis fidei capitibus orationem præcones nostri coram convertendis ethnicis haberent, in his tamen perfectius demum baptizatos instituerunt. vid. cap. XIII. §. 1.

§. 2.

Nihilominus scias referre nostros historicos, penes qvos ipsos fides sit, fuisse qvondam nonnullos malis dæmonibus adeo familiares & obstrictos, ut baptismum vel cultum christianum nullo modo ferre vel amplecti possent, (*a*) si vel maxime rectæ religionis veritatem & præstantiam agnoscerent. (*b*)

(*a*) Tales suæ sortis infelices, veterum judiciô, cum primis erant Finni, & alii magicis artibus majorem in modum dediti, qvi, tanqvam a Deo prorsus alieni, nullam amplius salutis spem habere, adeoqve nec media salutis conseqvi velle aut posse credebantur. Horum unus fuit Evindus **Kinnrifa**, qvi negatæ fidei causâ magnis tormentis confectus, religionem mutare sibi liberum non esse dixit, narrante. Ol. s. T. m. sc. **Konúngr mælti, viltu nú á krist trúa? nei, segir hann, ek má ånga skírn fá þó ek vilda, ... er ek sva margfaldliga gefin Oþni, at ek má þat meþ ångo móti brygþa, ok eigi vil ek, eptir þat**

þat dó Eyvindr, ok hafdi verit hinn fiölkunnigasti maþr. i. e. *Rex dixit, nunc in Christum an credes? non, inqvit, nam baptismum minimè consequi possum, etiamsi vellem, - - - toties enim Othino addictus sum, ut mihi hoc mutare nullo modo liceat, nec libeat, deinde Evindus animam efflavit, dum vixit, homo magiae peritissimus.* conf. Ol. s. T. impr. lib. I. p. 229. ubi Finnus naturam suam fatalemqve necessitatem causatur, qvod in ethnicâ religione maneat. Ergo hac fortè de causa reges Norvegiæ, licet propagandæ religionis studiosissimi, Finnos nunqvam ad fidem ducere tentarunt, qvod ejus capaces non esse fingerentur.

(*b*) Salutarem prædicavit christianam fidem genius qvidam tumulicola, ad qvam tamen accedere sibi & sui similibus datum non esse doluit, hunc subtristem pagano adolescenti loqventem sic inducit. O. s. T. m. sc. Taka mantu nyan siþ, ok er sá miklo betri, þeim sem hann me go hlióta, enn hinom er erviþligra um, sem eigi ero til þess scipadir, ok slikir ero sem ek er, þvíat viþ bræþor erom jardbúar. Nú þætti mer miklo máli scipta, at þú kvæmir nafni mínu undir skírn, ef þer yrþi þess avþit at eiga son i. e. *Novam religionem accipies, qvae* (paganismo) *multo melior est, illis* (saltem) *qvibus hac uti licet, reliqvorum vero gravior conditio, qvi ad hoc praedestinati non sunt, qvales mihi similes sunt, ego enim & frater meus homines subterranei sumus; nunc igitur mea multum interesse judico, ut nomen meum sub baptismum promoveas, si modo tibi filium generare contigerit.* Plures ejus generis fabulas addere nolo.

§. 3.

Pauca, qvæ ecclesia borealis in singulis reqvirebat ad sacrum baptisma admittendis, pro diversis discreparunt subjectis, hæc enim præcipuè qvoad adultos fuerunt prægressa erroris abnegatio, & fidei christianæ confessio. (*a*)

(*a*) Qvod veræ religionis conſenſus adultorum baptiſmum neceſſario præceſſerit, per ſe manifeſtum eſt: cæterum cum olim gentiles, ſacro baptiſmate initiandi, fidei dogmata non diſcerent, adeoqve hujus argumentum & ſummam ignorarent, patet qvod fides qvam profeſſi ſunt, implicita & ſuperficialis potius qvam vera & interna fuerit; nec hoc mirum, cum ab ipſis etiam Chriſtianis vix amplius reqvireretur. conf. cap. XIII. §. 7.

§. 4.

Illa, qvam dabant adulti, externa oris confeſſio, tam invita & per vim extorta qvam libera, baptiſmo qvem idoneum conſtituit: (*a*) qvin pupillorum etiam conſenſus, vel maximè puerilibus conſiliis tribuendus, tantum potuit, ut ſine parentum infidelium auctoritate baptizarentur. (*b*)

(*a*) Poſtqvam rerum ſumma penes Chriſtianos eſſet, non minis pauciore qvam ſanis conſiliis moti, fidei conſenſerunt.

(*b*) Qvinqvennem puerum, qvi ſponte ſe obtulit, parentum gentilium ingratiis baptizavit Fridericus Saxo, Islandiæ gentilis primus apoſtolus, prout teſtantur. Þorv. ſ. Víðſ. cap. 6. & Ol. ſ. Tr. m. ſc. p. m. 464. Atli leiddi ſveininn fyrir biſkup ſo ſegiande: ſveinn þeſſi er ſonr gófugs manns oc þó heiþins, enn hann beiþiz ſkírnar, utan ráþ oc vitord fóþr ſíns oc fóſtra; nu ſeá fyrir hvad at er gerandi, þvíat vís von er at hvarum tveggia þeirra muni miök miſlíka, ef hann er ſkírþr, biſkup ſvarar, ſannliga er æi úngum ſmá ſveini neitandi ſva heilagt embætti, er hann hefir heilſuſamliga ſkilningu á ſínu ráþi, enn frændor hans roſknir; ſíþann ſkírþi biſkup Ingimund, oc kendi hanom áþr hann fór brot, hvat hanom var einna ſkyldaz at vardveita meþr kriſtninni. i. e. *Atlo puerum ad epiſcopum duxit, dicens, hic puer nobilis viri ſed ethnici filius eſt, qvi tam patre qvam nutritio inconſultis & inſciis baptizari deſiderat; tu vero epiſcope qvid facias vide, pro certo enim ſperandum*

qvod

qvod, si puer baptizetur, utriqve illorum magnopere displiceat; tunc episcopus, minimè sane adeo sanctum negotium tenero huic puero negandum est, cum in rem suam prae adultis cognatis salutariter sapiat, post haec episcopus Ingemundum baptizavit, & antequam abiret eum docuit, qvae cum fide christiana illi maximè servanda fuerunt. Ol. s. h. p. m. 230. nobilis adolescentis meminit, qvi suopte consilio baptizatus, tantam patris offensam subiit, ut irati vultum diu non sustineret: Valgautr jarl þótti þaþa vordit fyrir myklum vansa, er Tovi son hans var skírdr, oc vildi aldrei siá hann siþann. i. e. *Valgotus dynasta* (Gothiæ) *in magnam contumeliam sibi vertebat, qvod filius suus Tovo baptismum susceperat, nunqvam passurus ut filius in conspectum suum postea veniret.* Ejusmodi pro religione zeli fas & jus qvi examinat, adeat J. H. Boehmeri *J. E. Protestantium*, tom. III. lib. III. tit. 33. §. 56, ubi disqviritur, qvo pacto qvibus cautelis infidelium liberi, se baptismo sponte offerentes, ad ecclesiam admitti debeant.

§. 5.

Non obstante, qvod disciplinæ ecclesiasticæ rigor anathemate notatos fidelium omni consortio, & sacramentorum usu privaret, eorum tamen liberos baptismi & confirmationis compotes fieri permisit. (*a*)

(*a*) Hoc manifestum est ex *Rescriptis papalibus*, ubi Færröensis episcopus curiam Romanam consulit, cum tota qvædam civitas anathemate feriatur, utrum hujus pueri sint confirmandi; respondet Innocentius IIIus, qvod sicut natos hic pueros baptizari, ita qvoqve baptizatos confirmari deceat: qvo igitur responso bannitorum filios esse baptizandos pro certo & satis noto habetur, integrum hunc locum infra afferam cap. XIV. §. 2. (e)

§. 6.

A parte infantum, præter consensum fidei à sponsoribus præstitum, per qvasdam antiqviores nostræ ecclesiæ leges,

 ges,

ges, perfecta formæ humanæ constitutio adesse debuit, qvam si ullâ ex parte desiderarent, nuper natum vitâ baptismoqve indignum censuerunt. (*a*)

(*a*) Qvalem esse oporteat foetum, cui baptismus & educatio jure negentur, ridiculè definit K. R. V. tit. 1. Fòða scal barn hvert er borit værðr i þenna hæim, kristna oc til kyrkio bera nema þæt æina er með örkumblom er alit, þæ scolo mikil á þæim manni er æighi má móðir mat gefva; hælar horfva i tástað, enn tærr i hæla-stað, haka meðal hærða, nacki á brióssti frami, kálfvar á bæinum frami, ægu aptan i nacka, hefvir sæls ræifur oc hunds hafuð. i. e. *Qvicunqve in hunc mundum nascitur infans, alatur, religione initietur christianá, & ad templum feratur, nisi qvi cum naevis est genitus; hos* (autem) *in eo homine majoris esse momenti oportet, si mater illi cibum deneget; calx sit ubi pedis digiti, & hi calcis vicissim loco, mentum inter humeros, occiput antrorsum in pectore, surae anterius in cruribus, in cervice oculi, phocarum habeat pedes* (pro manibus), *caput vero caninum.* Reliqva vide cap. XI. §. 8. (b)

§. 7.

Sunt verò ab his nonnihil diversæ, aliæ ejusdem loci & temporis constitutiones, qvæ perfectam corporis humani formam, non ad baptismi licentiam, qvæ monstris alioqvin dabatur, sed ad educationem & alituram reqvirunt. (*a*)

(*a*) Sic illud inter jura nostra ecclesiastica antiqvissimum K. b. G. tit. 20. Þat es nú þvi nest at barn hvert scal ala á landi varo, nema þat se með þeim örkumblom borit, at þeunug horfvi andlit sem hnakki scyldi, eða þingat tær sem hælar scyldo: þá scal þat barn til kyrkeo fóra, oc hefvia yr hæðinom dómi, oc leggia neðr i kyrkeo, oc láta þar döya. i. e. *His addimus, ut in nostra terrá omnis infans natus alatur, nisi tantos naevos habuerit genitivos, ut facies tanqvam occiput retro spectet, vel calcium instar pedis digiti,*

(modo

(modo sic fuerit) *ad templum foetus feratur, ab ethnicismo elevetur, & in templo depositus* (sine nutrimento) *emoriatur.* Hanc sententiam fermè seqvitur K. R. H. tit. 5 & 6.] utrumqve locum videbis infra, cap. XI. §. (c) (d)

§. 8.

Legibus ethnicismi de exponendis infantibus apud Islandos refixis (*a*), illi mittentes ejusmodi cautelas de corporea infantis baptizandi formâ, qvemcunqvè sine discrimine humanum fœtum ali & baptizari voluerunt. (*b*)

(*a*) Christianismo ad annum millesimum in Islandia recepto, Thorgeir Islandorum nomodidactes veterem paganismi consvetudinem, de carnis eqvinæ esu & infantum expositione, legibus christianis sancivit. Grettis s. cap. 66. vide cap. XIII. §. 14. (c), unde abrogatò jam gentlismô ista barbaries per aliqvantum temporis tractum regnavit, narrante Heimskr. lib. VII. cap. 56. Olafr konúngr spurdi vendiliga eptir, hversu kristindómr væri haldinn á Islandi, þótti hanom mikilla muna á vant, er losat var i laugum, at eta hroß oc bera ut börn, sem heiþnir menn. i. e. *Rex Olaus* (sanctus) *sollicitè sciscitans qvomodo res christiana apud Islandos coleretur, magni momenti culpam censuit, qvod eqvinam carnem edere, & infantes exponere, ceu gentiles fecerant, permitteretur.* Sed auctoritate sua & consiliis rex pius effecit, ut dicta consvetudo reprimeretur, ut ibidem cap. 137. docetur.

(*b*) Omnem humanum fœtum, formæ vix habitâ ratione, leges Islandicæ etiam antiqviores sacro fonte initiari jubent, sic enim. K. b. Gr. tit. 1. Barn hvart scal föra til skírnar er alit er, sva sem fyrst má, meþ hverugri scepno sem er. i. e. *Omnis qvi nascitur infans, prima occasione ad baptismum feratur, qvamcunqve habuerit formam.*

§. 9.

§. 9.

Illas de pueris, certâ ratione baptizandis & alendis, impias veterum leges ætas subseqvens refixit, cum nemini humanâ facie nato, baptismum vel educationem negaret. (*a*)

(*a*) Dubium non est qvin hæc J. E. Norvegici reformatio debeatur Joanni Byrgeris filio, primo Norv. archiepiscopo, utpote qvi multas prædecessorum leges & mores in melius mutavit; certè illo posteriores omnes legum conditores hic cum veteribus non sentiunt. K. R. F. lib. 1. tit. 1. Þat er kristinn rettr, at ala scal barn hvart er borit værðr, kristna oc till kyrkio föra, ef á er manns höfvut. i. e. *Jus ecclesiasticum est, ut infans qvicunqve nascitur, caput habens humanum, alatur, baptizetur, & ad templum feratur.* Ejusdem sententiæ est K. R. M. tit. 3. Ala scal barn hvært er borit er, ok manns höfvut er á, þó at nockor orkumbl se á, ok kristni föra, ok scíra láta prest ef hann er till. i. e. *Qvicunqve infans nascitur, habens caput humanum, licet qvidam in ipso naevi fuerint, alatur, christianismo addicatur, & à pastore, si adest, baptizari curetur.* Huic ferè similes sunt K. R. J. & K. R. A. tit. 1. Qvid exteri de baptismo monstris conferendo judicarint lege apud Gerhardum Vossium *de Baptismo* disp. XV. th. 3. ubi hoc problema paucis delibatur.

§. 10.

Deniqve vetus ecclesia, ut, qvam absentiæ baptismi subesse putavit, salutis æternæ jacturam (*a*) in qvocunqve licuit casu præveniret, embryonum etiam & infantum non prorsus natorum membra sacro fonte conspergi voluit, si hæc in difficili matris partu edita, speciem humanam referrent. (*b*)

(*a*) cap XI. §. 3.

(b) Agr. ſh. t. p. m. 9. Ef karl eðr kona eru hiáſtödd, þar ſem kona píniżt í barnburði, oc ſyniżt þat líkari at hon meghi æi lœs við værða, oc openberezt æinhver limr af barnino, eptir mannlighri ſkæpno, oc ſecs líf i, þá œſe ſá ſem hiá verðr ſtaddr vatni á þann lim til varygðar, oc ſeghi, ek ſkíri þic guðs ſkæpna i nafni Föðr oc Sonar oc hæilags Anda, oc værðr þat barn lífs lœſt við móðrena, þá ſkal þat ſkíraz oc næfnaz ſæm önnur börn þau ſem efi er á hvært ſkírð eru æðr æi. i. e. *Si vir aut foemina adſtiterit, ubi in partu mulier affligitur, idqve viſum fuerit veriſimilius, qvod non eniti poſſit, tum, ſi infantis aliqvod membrum, cui vitá ineſſe videtur, cum forma humana in lucem prodiverit, hoc membrum praecautionis ergo aquá qui adeſt perfundat, dicatqve: te Dei creatura baptizo in nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti, ſi infans ille vivus à matre ſeparatur, baptizandus eſt, & nominandus, ſicut alii infantes, de qvibus dubitatur, utrum baptizati ſint, nec ne.*

Cap. IV.
De Baptiſmi Materia.
Synopſis.

§. 1. Res baptiſmi cœleſtis & terreſtris. §. 2. Aqva maximè uſitata. §. 3. Ubi deerat, alius omnis liqvor. §. 4. Nivis baptiſmus. §. 5. Hujus forma. §. 6. Cerviſiâ baptizatum. §. 7. Baptiſmus ſputi. §. 8. Qvomodo adminiſtratus. §. 9. Hujus baptiſmi origo inqviritur. §. 10. Recentiores tantum aqvam dulcem ſive marinam probarunt. §. 11. Nec non calidam.

§. 1.

Ita reqviſitis ad baptiſmum dictis, porro qvoad materiem illum conſiderabo, ubi dè re cœleſti non ſermo eſt, ſem-

per eâdem & immutabili; ſed terreſtrem intelligo, cujus variatio & hominum judicio paruit, & circumſtantiis.

§. 2.

Ut in aliis orbis chriſtiani locis aqva rebus cæteris ad uſum baptiſmi præſtitit, (*a*) ita ſeptentrionales, qvoties hoc ferebant circumſtantiæ, aqvam limpidam ad ſacrum hoc miniſterium applicuerunt. (*b*)

(*a*) Priſcam Græcorum, Latinorumqve eccleſiam in purâ tantum aqva baptiſmum acceptaſſe, & omnem alium rejeciſſe liqvorem, ſcriptores eccleſiaſtici perhibent. vid. Voſſ. *de baptiſmo* diſput. I. th. 5.

(*b*) Hoc baptizatorum exempla penè innumera loqvuntur, ut & jura ſtatutaqve canonica, qvæ aqvæ elementum in baptiſmo comprobant: ad praxin communem ergo reſpicit carmen qvoddam *Skaldæ* m. ſc.

Vara þó hann i vatni ſkíru, *Noſtram aqvá limpida eluit* (Chriſtus)
Verka ſekt, oc píſlar merki. *Actionum culpam, & paſſionis ſigno.*
i. e. ſangvine ſuo.

§. 3.

Aqvâ deficiente, circa ſymboli baptiſmalis electionem prima borealis eccleſia poſteriore fuit liberior, & eò temeritatis, qvo gentes vix exteræ, progreſſa eſt, cum in hoc caſu alium qvemvis ſubſtituere liqvorem non dubitaret. (*a*)

(*a*) Caſu neceſſitatis in omni liqvore ſine diſcrimine rectè baptizari judicat. K. b. G. tit. 20. Ef vatni ma œigi ná, þá ſcal ſkíra i hvers konar vœtu er ná má. i. e. *Si aqvam conſeqvi non licuerit, baptizandum*

dum est in omnis generis humore, qvi acqviri potest. Qvin rude vulgus baptismi qvandam eminentiam, de liqvorum præstantiâ æstimavit, & hinc vanissimâ religione nostrum salvatorem (sit venia referenti) lacte baptizatum fuisse aliqvandò credidit; ut colligere licet ex sententiâ satis antiqvâ & anili, haud dubiè à catholicismo derivandâ: Góð er miólkin því Guð var úr henni skírðr. i. e. *Bonum est lac, nam Deus ex illo baptizatus est.*

§. 4.

Inter varias res, pro aqvâ nonnunqvam receptas, locum primò habuit pluvia & nix non liqvefacta: (*a*) qvod ultimum baptizandi genus cum illo arenæ baptismô magnam similitudinem habuit. (*b*)

(*a*) Ita K. R. V. tit. 2. Ef vatn er svá mikið at þá mego barn i hylia, þa skal dœyfa i þrysvor, oc i drœpa, oc þrysvor at orðum kveða, enn ef œighi er svá mikit vatn, þá skal karl maðr riða á með hœndi sinni, vatni ef vatn er, dǫgg ef dǫgg er, snió ef snior er, sió ef siór er. i. e. *Si tanta aqvae copia praesto est, ut infantem ea contegere possint, ter eum intingant & immergant, terqve verba proferant, si vero tantum aqvae non affuerit, vir manu sua illinat* (infantem) *aqvâ si aqva adest, pluviâ si pluvia adest, nivi si nix adest, mari si mare adest.* ;Nivem tamen liqvefieri leges qvædam coævæ voluerunt, inter qvas K. R. Þ. tit. I. Ef eigi náir vatni eþa sió, getr snœ, þá scal hann brœþa snœ með hondum ser, oc ryþa svá á at barn verdi alvatt. i. e. *Qvando aqva communis sive marina acqviri neqvit, si nivis copia sit, ipse manibus suis hanc liqvefaciet, & illinat ut,* (infans) *totus immadescat.*

(*b*) Nota est historia Judæi adolescentis arenâ baptizati, qvem in aliqvo Asiæ deserto iter facientem, cum æger ad Christum converteretur, & baptizari peteret, comites, detractis vestibus & adhibitis institutionis verbis, arenâ aqvæ loco consperserunt; qvia vero hoc novum baptismi ge-

 nus

nus abnorme & irritum haberetur, adolescens denuo in Jordane baptizatus est, ut ex Nicephoro Callisto memorat Jo. A. Schmidius, *de Baptismo per arenam.*

§. 5.

In nive ubi baptizatum est, præmissa consecratione infans cum solennibus verbis, &, si recte valeret, tribus vicibus in nivem demittebatur; (*a*) vel tantum aspergebatur nive, si infirmior majorem frigoris violentiam perferre non posset. (*b*)

(*a*) De nivis baptismo K. b. Gr. Nú náir eigi vatni eþa sió, getr snió, skal hann gera kross á snenum, oc kveþa slík ord yfir, sem hann skuldi a vatnino, hann scal drepa barnino i sneinn, oc láta fylgia þau ord öll, sem þá at hann dræpi því i vatnit. i. e. *Si nec aqvam dulcem nec salsam acqvirere licet, cum nix parabilis est, illam crucibus consignabit, verbis utens in aqvae consecratione utendis, in nivem demittet infantem, & verba prorsus eadem adhibebit, acsi aqvâ mergeret.*

(*b*) Ibidem. Eigi skal sva drepa barni i snæin, at þat sæki kuldi, sva at því se viþr bana hætt, heldr skal hann ryþa snænum á meþ höndum ser. i. e. *Infans in nivem non ita demittatur, ut frigoris causâ in periculum mortis veniat, sed potius ille* (pueri comes) *manibus suis nivem aspergat.*

§. 6.

Præterea sicut qvidam inter exteros, cum aqva deesset, vinô baptizandum esse docuerunt, (*a*) ita Norvegica ecclesia in simili casu cervisiæ baptismum aliqvando probavit. (*b*)

(a) De

(*a*) De vini baptismo vide Vossium disp. I. thes. 5. docentem huic suos non defuisse patronos, qvibus tamen plures adversum tenuerunt, inter qvos l. c. Ruardus Rapperus: *Si vinô administraretur baptismus, nullum esset sacramentum, nec ulla fieret regeneratio, nec peccatorum remissio.*

(*b*) Cervisiæ baptismus an legitimus esset nec ne, anno 1241. Norvegiæ archiepiscopus decidendum proposuit papæ Gregorio IX., qvi vero id baptismi genus, ut par erat, ineptum & irritum pronunciavit: hoc cum ad meum pertinere institutum intelligeret mæcenas optimus, vir illustris & celeberrimus Jac. Langebeek, verba rescripti ex Raynaldi *Annalibus ecclesiasticis*, tom. XIII. p. 507, mihi impertivit. *Cum sicut ex tuâ relatione didicimus, non nunqvam propter aqvæ penuriam infantes terræ tuæ contingat in cervisia baptizari, tibi tenore præsentium respondemus, qvod, cum secundum doctrinam evangelicam oporteat* (hominem) *ex aqvâ & spiritu sancto renasci, non debent reputari ritè baptizati, qvi in cervisia baptizantur.*

§. 7.

Deniqve defectum aqvæ in baptismo compensavit humana saliva sive sputum, (*a*) qvod veteribus præsertim Norvegis, vice rei sacramentalis fuisse videtur satis usitatum. (*b*)

(*a*) N. R. F. lib. 1. tit. 3. De matre in locis desertis pariente: Siólf scal hon þat scíra, hældr enn oscírt verdi dóyt, oc sciri þat i vatni ef till er, enn ef þat er æi till, þá scal dræpa i dögg þrysvar eða i snió eða sió, enn ef ecki er þeirra till, þa scal taka hráka oc leggia á bríóst oc herdar, með þeima orðum er till ero sciput. i. e. *Ipsa* (mater) *potius filium baptizet, quam non baptizatus moriatur, aqvâ* (inqvam) *si adest, illum baptizet, haec vero si defuerit, pluviâ, nive, aut aqvâ marina* (eum) *intingat: si porro horum nihil*

hil ad manum habetur, sputo assumtó, pectus humerosqve formá crucis illinat, verbis qvae huc pertinent adhibitis.

(*b*) Maximè apud Norvegos baptismi auctoritatem habuit litura sputi, cum horum leges ecclesiasticæ, tacentibus reliqvis, illam aliqvoties nominent, imo & præscribant.

§. 8.

Ista de sputo ceremoniâ, qvæ baptismus ubiqve dicitur, in liturâ salivaria constitit, per baptizandi pectus & humeros in formam crucis ductâ; (*a*) qvod baptismi genus, uti illud pluviæ & nivis, adhibita baptismali formulâ, in sacro sanctæ Trinitatis nomine dabatur. (*b*)

(*a*) Sputi baptismum sic describit. R. L. G. tit. 20. Ef vatni má ei ná, þá skal skíra i hvers konar vætu, er ná má, enn ef æingri náir vætu, þá skal rækia i lofva sier, oc gera kross á briósti oc millom herða, en þessa skírn skal jammvel kona skíra sim karlmaðr, ef eigi má karlmanni ná. i. e. *Si aqva non adest, baptismus peragatur in omni latice qvi acqviri potest, si vero nullum laticem* (alium) *acqvirere licet, sputo in volam emissó, signum crucis pectori & humeris inscribatur; hoc modó, viris absentibus, foemina sicut vir baptizet.* Ab hac vero lege, & eidem consonâ K. R. F. vid. §. 7. (d) in qvibusdam variat B. R. V. ita, tit. 2., in casu necessitatis constituens. Scal karlmaðr rœkia i lofva ser, oc taka upp ráka sinn með þumals fingri, ríþa i kross i krismostað á brióst oc millim hærða, i nasir oc øyro oc i hiarsa. i. e. *Vir in volam suam exspuat, & sputum suum pollice assumens, infantem eodem illinat in loco chrismatis,* (nimirum) *in pectore & inter scapulas, auribus, naribus & sincipite.*

(*b*) Licet formula baptismalis aspersioni & immersioni addita ad sputi baptisma non satis bene conveniret, tamen locum in illo

certè

certè habuit, docente Ꝝ. Ꝛ. Ꝟ. tit. 2. ubi contextus videndus, & Ꝝ. Ꝛ. Ꝭ. qvi ſputum cum verbis in baptiſmo uſitatis pectori & humeris illini jubet. vid. §. 7. (d)

§. 9.

Ad ficticii hujus baptiſmi originem qvod attinet, ille novum borealiis eccleſiæ decretum pro ſuô fundamento non habuit, (*a*) ſed procul dubio doctorum ſcholæ inventum eſt, qvorum aliqvi, cum aqva limpida deeſſet, in qvovis incongruo liqvore baptiſmum factitari volebant. (*b*)

(*a*) Sputi lituram pro ipſo baptiſmo antiqvos eccleſiæ Græcæ ſive Latinæ patres agnoviſſe non conſtat, vid. §. 2. (a) ſed tantum pro praecedente qvodam ritu, qvi licet â chriſtianis etiam borealibus in prima ſignatione retineretur, cap. V. §. 2 (b) & (c.) tamen baptiſmo illi ſalivatio tantum valorem, pvblicumqve aſſenſum vix conciliare potuit, nec magis probabile videbitur, qvod dictus baptizandi modus à gentilibus Græcis ſive Romanis venerit, qvorum utroſqve ſuis infantibus ſputum inter luſtrandum alleviſſe tradit Lomeierus *de Luſtrationibus gentilium* cap. 27.

(*b*) Hanc patrum ſcholaſticorum licentiam non modo commemorat, ſed ſuam qvoqve facit Theod. Beza, in *ſecunda ad Thomam filium epiſtola* ſcribens. *Deſit aqva, & tamen baptiſmus alicujus differri amplius cum ædificatione non poſſit, nec debeat, ego certe qvovis alio liqvore non minus qvam aqva baptizarim, nec aliter de his rebus ipſi etiam ſuperſtitioſiſſimi ſcholaſtici ſcriptores cenſuerunt.* Bezam hic auctoritate Scholaſticorum utentem, non eſt qvod memoria falli autumet doctus Voſſius, *de Bapt.* diſp. I. th. 5. in fine; nam ſecundum Gvidonem de monte Rocherii hæc temeritas èo demum proceſſit, ut à qvibusdam pœne omnis liqvor, qvamlibet immundus, in caſu neceſſitatis pro congruenti baptiſmi materiâ haberetur. Gvidonis verba laudatus Schmidius affert: *In lixivio, ſi aqva non poſſet inveniri, poſſet fieri*

fieri baptismus, cum lixivium nihil aliud sit qvam aqva collata per cineres, & propter eandem causam dicunt aliqvi doctores, qvod in urinâ, propter defectum aqvae, posset baptizari, qvod non credo verum, qvia urina non est aqva, sed humor resolutus à cibis comestis, & idem dico de saliva. Plura similia de luto & brodio carnium auctor differit, qvæ loco citato legi possunt. cum igitur tantum baptismalis materiæ abusum paulo post tempora christianismi apud nos plantati reliqva occidentis ecclesia toleraret, sputi baptismum hinc esse derivandum, res ipsa loqvitur.

§. 10.

Deniqve his adulterinis sacramenti symbolis, pluviâ, nive, cervisia, sputo, feliciter abrogatis, (*a*) dulcis tantum sive marina aqva materiæ baptismalis usum præstitit. (*b*)

(*a*) Post seculum duodecimum in aqvâ, non aliis liqvoribus, baptizatum fuisse omnes uno qvasi ore confirmant antiqvæ leges, ab hoc tempore editæ, qvales sunt. K. R. M. tit. 3. Eighi scarl scíra nema i vatni, - - - ráki gerir æinga seirn, ok æi dögg eða snjór, nema vatn se áðr af dögg eða snjó vorðit. i. e. *Non nisi in aqva baptizetur, - - - sputum non facit baptismum, nec nix aut pluvia, nisi aqva ex iis antèa facta fuerit.* K. R. A. tit. 1. Eigi scal scíra nema i vatni, - - - ráki gerir einga skírn, ís eða snjór gerir einga skírn, nema þat þyðni svo þar verði vatn af. i. e. *Non nisi in aqva baptizetur, - - - sputum non facit baptismum, nec glacies aut nix, nisi in aqvam sint liqvefacta.* Sc. A. p. m. 3. Þat er fastliga fyrir bodit, at nockr scíri i öðru enn i vatni, eða sió, eða snió brædðnm, því at ecki er scírn rett; nema bædi se vidhaft vatn oc ord, oc því er ónyt hráka scírn, þó at nockurir hafi hana retta kallad. i. e. *Strictissimè prohibitum est, ut qvisqvam praeter aqvam, mare, aut glaciem liqvefactam, aliâ qvadam materiâ baptizet, baptismus enim*

enim formalis non est, nisi aqva simul & verba adhibeantur, & hinc inutilis sputi est baptismus, qvamvis rectum nonnulli illum putaverint.

(*b*) Usum aqvae marinæ omnia fere tempora tolerarunt, sic enim Sc. L. qvæ anno demum 1326. evulgata est, p. m. 3. Jafnvel má oc scira i sió, sem i sætu vatni, iss eda snió bræddum. i. e. *Tam in marinâ, qvam dulci aqvâ baptizare licet, glacie vel nive liqvefactis.* K. R. J. tit. 1. Ei scal scira nema i vatni, hvært sem hælðr er siór eða annat vatn. i. e. *In aqva tantum baptizabitur, sive salum fuerit, sive aqva communis.* Sic Rugiani, ab Eirico Eymuno D. R. conversi, baptismum susceperunt in mari, urbem Arcon alluenti, notante ex aliis Trog. Arnkiel Cimb. heiden bekehrung, 5 B. 5 cap. §. 2. & deniqve ecclesiæ primitivæ similem praxin indicat Tertullianus *de Baptismo* cap. I. §. 22. *Nulla est distinctio mari qvis aut stagno, flumine aut fonte, lacu aut alveô diluatur.*

§. II.

Ut vero hominis baptizandi vel commodis, vel tenui valetudini consuleretur, hic aqvam non secus calidam qvam frigidam, antiqva & recentior ætas probavit. (*a*)

(*a*) De baptismo qvondam in thermis factô infra dicetur cap. X. §. 2, hic sat erit afferre Sc. L. p. m. 2. qvæ aqvæ calidæ baptismum non improbat: Sciri i vatni einu köldu eda vörmu, enn eingum ödrum lög eda vökva. i. e. *In frigidâ solum aut calefactâ aqvâ baptizent, sed in nullo alio latice vel humore.*

Cap. V.

De Prima Signatione.

Synopſis.

§. 1. Qvid fuerit. §. 2. Qvalis ejus ſolennitas. §. 3. Infantum prima ſignatio illi adultorum ſimilis. §. 4. Baptiſmum ordinarium ſemper præceſſit. §. 5. In aliis qvoqve caſibus infantibus dabatur. §. 6. Etiam ipſi gentiles præter caſum ordinarium his ſacris initiati ſunt. §. 7. An religionem propterea mutarint. §. 8. Dogmata ſacra non didicerunt. §. 9. Primùm-ſignati extra vel intra coemeterium ſepulti. §. 10. Hæc ſolennitas ante fores templorum agebatur.

---

§. 1.

Ad ipſam baptiſmi ſolennitatem priusqvam venio, antiqvitatum noſtrarum ductu actum olim præmiſſum delineabo, qvem vetus ſeptentrionis eccleſia, ſub primæ ſignationis nomine, non unicâ occaſione & ſcopo retinuit.(a)

(a) Cum Norvegis Islandi primſignan vel primſigning, Sveci brimſigning vocarunt, ſic vero hic actus dicitur, qvod primum crucis ſignum fidei novitiis in illo conferretur, pluribus deinde ſignaculis & benedictionibus, tam in baptiſmo qvam in confirmatione, ſeqventibus; verum qvamvis *primæ ſignationis* vocula apud ſcriptores latinos vix reperiatur, tamen non eſt dubium, qvin actus ipſe, ejusqve appellatio in noſtrum uſum & lingvam tranſiverit ab externâ eccleſia, qvæ inde à primis temporibus catechumenos ſuos per varias ceremonias baptiſmo præparavit, e. c. exorciſmum, ſignum crucis, unctionem ſalivæ, manducationem ſalis conſecrati, cum aliis, qvæ commemorat. Bingh. lib.X, cap.2.

Ætas

Ætas vero feqvens, hæc omnia ad unum actum fere redegit, qvem latine vocavit *fignum crucis*, Rimbert. in vita S. Anfgarii. *Confirmationem & initiationem*, T. Arnk. cimb. heyden-bek. 6. B. 8. cap. §. 8. *Salis confecrati pabulum & catechifmum*, ob inftitutionem, qvæ illum actum immediate feqvebatur.

§. 2.

Ut à modo & forma ordiar, qvo folennis ille ritus apud nos celebrabatur, facerdotes, abfolutâ qvadam evangelii lectione, (*a*) chriftianifmi candidatum fputo in crucis formam illito fignabant, (*b*) falisqve confecrati micam ei manducandam tradebant, (*c*) addito exorcifmo; hic enim, fi baptifmus primam fignationem protinus exciperet, tinctionem proximo loco præceffit (*d*); cæterum, ut in baptifmo ita hoc in actu patrini adeffe debebant, qvi fuum minifterium initiandis qvodam modo conferrent. (*e*)

(*a*) A forma & fcopo hujus actus non alienum eft, hìc perlectam fuiffe pericopen evangelicam Math. XIX. v. 13. *Tunc oblati funt ei pueruli, ut manus eis imponeret.* cæt.

(*b*) Inde à primo chriftianifmi tempore ufqve ad Reformationem fputi in prima fignatione ufus obtinuit, cum contra ejus in baptifmo valor ultra feculum duodecimum fefe vixdum extenderet. vid. cap. IV. §. 10.

(*c*) Qvales primæ fignationis ceremoniæ fuerint, noftræ antiqvitates vix verbo attingunt; folum illas definit Sc. A. p. m. 3, ubi dara occurrit defcriptio: Ef barn þat er fcemri fcirn var fcírt, er lifanda prefti fært, þá fcal hann figna þat, oc gefa falt vígt, oc lefa guðfpiall yfir, oc gera kroſs á með hráka fyrir eyrum oc nǒſum. i. e. *Si infans qvi baptifmo breviore baptizatus eft, vivus facerdoti affertur, hic illi benedicet, falemqve dabit confecratum, evangelium recitet,*

& super aures naresqve sputô crucis formam ducet. Salis salivæqve usum, nostra ab exteriore ecclesia didicit, qvæ ad has & similes ceremonias suos Εκλεκτὰς adstrixit, Bingh. lib. X. Cap. II.

(*d*) Exorcismum primæ signationis, non vero baptismi, fuisse ceremoniam ex Arnæ episcopi statuto agnoscimus, siqvidem illum baptismo priorem ponit. (vide cap. II. §. 12. a). Arnæ statuto accedit jus ecclesiasticum Canuti M. Latinum, qvod etiam hunc ritum baptismi solennibus præmittit, vid. cap. X. §. 5. (a) convenire tamen non videtur, ut cum qvibusdam vocem primsigning latinè *exorcismum* dicamus, qvasi totus ille actus in hac unica ceremonia constitisset. vid. Gloss. legi Westgothicæ affixum in voce Brimsigna.

(*e*) Patrini tam hic, qvam in baptismo & confirmatione reqvisiti, communi nomine gudfedgin i. e. *spirituales* vel *divini parentes* vocabantur; qvod in prima signatione tales administri fuerint, ex Ol. s. T. manifestum est, qvæ Hialtonem Skeggium hoc officium Runolfo, ante sacrorum gentilium antistiti, præstitisse testatur, vid. §. seq. (a). qvò etiam refer constitutiones ecclesiasticas, tam in hoc, qvam reliqvis sacris actibus patrinorum crebram mentionem facientes. Cæterum munus hoc dici consvevit, at veita gudsifiar, *cognationis spiritualis officium conferre*, vel proprie at halda undir primsignan. vid. cap. VII. §. 1. (a) & §. 2. (b). Latine, *In primo sacrati salis pabulo tenere.* cap. 5. X. de cogn. spir. *Christianitatis ministerium dare.* c. 3. C. XXX. q. 4.

§. 3.

Primam infantum signationem talem fuisse, qvalem jam proximè descripsi, producta simul testimonia loqvuntur, qvod autem ei prima signatio adultorum fuerit similis præter nomen commune, etiam aliæ circumstantiæ svadent. (*a*)

(*a*) Non

(*a*) Non fecus ac baptifmus & confirmatio, figni crucis ritus, five de infantiâ five de matura ætate celebratus, eandem utrinqve formam & ceremonias fine dubio popofcit; faltem patrinorum minifterium falisqve manducandi ufum pariter adultis affignat Ol. f. T. lib. II. cap. 67. Healti fkeggiafon vœitti gudfifiar Runolfi goþa Ulfsfyni, þeim er hann hafdi fektan hit fyrra fumarit; en er han var primfigndr, þá mælti Healti, gömlom kenno ver nú goþanom at gœifla á faltino. i. e. *Hialto Skeggonis fpiritualis cognationis officia Runolfo curioni Ulfi filio praeftitit, qvi praegreffa aeftate Hialtonem* (ob blasphemiam in deos) *reum peregerat; cum vero primam fignationem acciperet, Hialto dixit: nunc grandaevum curionem falem ore diducto mandere docemus*, qvæ qvidem verba fuum in re habent fundamentum, qvamvis hæc Hialto forfan falfe dixerit.

§. 4.

Omnes, ut jam fere dictum eft, ante baptifmum ordinarium fignum crucis receperunt, infantes qvidem eo plerumqve tempore qvo baptizati funt, (*a*) adulti verò aut eodem, aut aliqvantulum prægreffo. (*b*)

(*a*) Signum crucis ordinarie infantibus collatum, qvafi proludium, baptifmi mox fubfeqventis folennia femper inchoavit. R. b. Wåftg. l. vid. §. 10. (b)

(*b*) Adultæ ætatis prima fignatio, nunc proximo loco tunc qvodam intevallo, baptifmum praeceffit, ut colligere eft ex Ol. f. T. lib. II. cap. 67. Slito þeir med því þingino at kriftni var lögtekin um allt Ifland, váro þá allir menn primfigndir þeir er á þingino váro, oc margir fkírdir þeir er áþr váro heidnir. i. e. *Tandem chriftiana religione per univerfam Iflandiam legibus fancitâ, conventum forenfem folverunt, tum ftatim omnes, qvi in foro erant, prima fignatione fuerunt initiati, multiqve ex iis baptizati, qvi antea ethnici fuerant,* (cum reliqvi propediem baptizarentur). Hic converfi gentiles à prima

 figna-

ſignatione baptiſmum mox & paulo poſt accepiſſe dicuntur, ut adeoqve videas ex hoc loco, ſigni crucis ceremoniam baptiſmo adultorum fere præmiſſam fuiſſe, qvod tamen, utpote qvondam uſitatiſſimum, prætereunt alii hiſtorici noſtri, & forte notatu dignum non judicant. vid. T. Arnk. cimb. heyden-bek. 1. B. 7 cap. §. 8.

§. 5.

Prima ſignatio præter baptizandos, ad alios tam infantes qvàm adultos pertinuit: ex priori claſſe his ſacris initiati fuere primò divitum liberi, qvorum baptiſmum parentes, qvodam nobilitatis privilegio, ultra tempus ordinatum trahebant; (*a*) ſecundo infantes à laicis rite baptizati; (*b*) & deniqve monſtroſi foetus, qvi humanis membris aut ſenſibus carentes vita fungi neqvibant. (*c*)

(*a*) Nobiliorum infantes ſignum crucis receperunt, qvoties horum baptiſmus in longum extendi debuit, exſpectatis regibus vel comitibus, qvi baptizandum ex ſacro fonte ſuſciperent. A. R. S. lib. 1. tit. 5. vid. cap. IX. §. 4. (a)

(*b*) Qvædam leges noſtræ primam ſignationem infantibus præſcribunt, in caſu neceſſitatis à laico baptizatis, ut baptiſmi laicalis uſus & efficacia confirmetur; id conſtat ex A. R. V. tit. 2. Nu værða opt litlar liſs dræggear, þat barn hiarnar við, oc værðr borit kvikt til kyrkio, preſti ſcolo þæ seghia ſina ſkírn, oc ef þæ hafva ſva at orðum kveðit, ſæm talt er i retti manna, þá ſcal preſtr prímſigna þat barn, þá hefver þat ſcírn fulla. i. e. *Vitae ſtamina ſaepe fiunt exigua; ſi vires idem infans forte recipit, & vivus ad templum deducitur,* (qvi baptizaverant) *adhibitum baptizandi modum paſtori indicent, qvi, ſi verba juxta normam in jure noſtro praeſcriptam protulerant, infanti primam ſignationem conferat, qvo facto iſte perfectum habet baptiſmum:* in ejus ſententiam eunt. R. b. Wâſtg. I. 1. Sl. Kombâr liwande barn fram, tha ſcal that brímſigna oc kriſtna,

kriſtna, oc optare eig dópa. i. e. *Si infans* (qvem laicus baptizaverat) *vivus affertur, ne iterum baptizetur, prima ſignatione initietur, & Chriſtianus fiat.* Alii, qvi ab horum ſententia plurimùm abſunt, laicalem baptiſmum rite adminiſtratum prima ſignatione ſuppleri vetant. Sc. Eyl. vid. cap. II. §. 12. (b)

(*c*) Partui vitæ ſervandæ organis deſtituto, adeoqve non alendo, ſigni crucis initiationem, non baptiſmum, concedit K. R. V: tit. 1. qvi poſt datam de monſtris ſententiam ita pergit. Nú er þæt barn annat, er værðr bælghborct, er bælghr þar er andliz ſkóp ſkulði þæt er óllum mannum ſynt, at ſá maðr má ſer æighi matar afla, þó at vagſinn værdi, þat ſcal taca oc til kirkeo bera, láta primſigna, oc leggia fyri kirkeo dyr, gæti hin nánaſti niðr til þeſs ónd er or. i. *Forte alius eſt infans, qvi cum folliculo naſcitur, ſive ubi facies eſſe debet, folliculum habet, tunc omnibus hominibus evidens eſt, talem hominem, qvamvis ad provectiorem venerit aetatem, victum ſibi comparare non poſſe; hic igitur adprehenſus, ad templi fores feratur, primâ ſignatione luſtrari curetur, & à proximè cognato cuſtodiatur, donec exſpirat.*

§. 6.

Præterea non rarò prima ſignatione, ut ita dicam, extraordinariâ, luſtrari volebant ipſi pagani, vel religioſis rationibus inducti vel civilibus, (*a*) nimirum ut hoc pacto liberius cum chriſtianis converſari poſſent, nam tale privilegium iis ſolum dabatur, qvi per primam ſignationem ſe illo dignos fecerant, (*b*) cum tamen hæc ceremonia nemini neceſſitatem impoſuit, ut chriſtianam fidem & leges ſervaret. (*c*)

(*a*) Eorum, qvi Anſgarii tempore hoc ritu inaugurati ſunt, piam magis qvam politicam intentionem fuiſſe ſcribit Remb. in vita Anſg. cap. XXI. n. 15;

n. 15; *Libenter qvidem ſignum crucis recipiebant, ut catechumeni fierent, qvò eis eccleſiam* (templum) *ingredi, & ſacris officiis intereſſe liceret.* Recenſent etiam noſtræ antiqvitates bene multos, qvi, agnitâ doctrinæ chriſtianæ veritate, primam ſignationem ſponte receperunt, horum fuere. Olavus Tryggonis Norv. rex, Thorkillus Kraſla & Geſtus Spaki, K. ſ. cap. 2, qvanqvam Niála cap. 97. hunc ultimum, viſo Thangbrandi praeconis miraculo, baptizatum fuiſſe memorat; qvod vero baptiſmi erat comes, nomen chriſtianum fugerunt, ex prædominantis gentiliſmi metu, qvi rectam fidem profeſſos odio & contemtui habuit.

(*b*) Gentilibus primam ſignationem præcipue commendavit; qvod per illam liberum cum chriſtianis commercium haberent, docente Norna G. ſ. cap. 7. verba Norna-Gesti ſunt: Var ec oc meþ Hlopve konungi af Saxlandi, oc lét ec þar primſignaz, mátta ek þar eigi annars vera, þviat kriſtni var þar vel haldin. i. e. *In Saxonia etiam fui, cum rege Ludovico* (Pio) *primaqve ſignatione ibidem luſtratus ſum, nam, cum chriſtiana religio hic probè ſervaretur, nullo alioqvin pacto mihi ibidem manere licuit.* Qvod comma etiam illuſtrat Ol. ſ. h. p. m. 244. Toconis cujusdam verbis, qvi de religione rogatus, ſe primam ſignationem, non baptiſmum, accepiſſe dixit, nempe eum in finem, ut tam chriſtianorum qvam gentilium converſatio ſibi permitteretur: Hvert ertu ſkírdr maþr eþr æigi? Toki ſvarar, ec er primſigndr, enn æigi ſkírþr, ſakir þeſs ec heſir ymiſt verit meþ hæiþnom mönnom eþa kriſtnom. (Qværit rex Olaus Sanctus). *Num baptizatus es, an ſecus? Toco reſpondit, primum-ſignatus, non baptizatus ſum, propterea qvod nunc cum gentilibus tunc cùm Chriſtianis commoratus ſum.* Adde Geſtum Bardi f. qvi ſe his ſacris initiandum curavit, cum alioqvin Olai Tryggonis aulâ non reciperetur. Geſts ſ. Bárdar ſ. cap. 7. Geſtr var þá meþ conungi um riþ, oc ecki lengi áþr hann var primſigndr. i. e. *Geſtus cum rege aliqvandiu fuit, & qvidem non diu, anteqvam primùm ſignaretur.*

(*c*) Primùm ſignatorum in religionis negotio libertatem & indifferentiſmum egregiè deſcribit Egla cap. 50. Konúngr baþ þá bræþr at láta

láta primſignaz, þvíat þat var þá mikill ſiþr bæþi meþ kaupmaunnum, oc þeim er á mála gengo meþ kriſtnom hôfdingiom; þviat þeir menn er primſigndir váro, hôfdo ſamneyti vit kriſtna menn oc hæiþna, enn hôfdo þat af átrúnaþi er þeim var ſkapfellaſt; þeir Þórolfr oc Egill giôrdo þat at bón konungs, oc leto primſignaz. i. e. *Rex* (Angliæ, Adalſteinus) *fratres illos rogabat, ut ſignum crucis reciperent, mos enim tunc vulgò invaluit, ut mercatores, & qui ſub chriſtianis principibus meruerunt, ita facerent; nam homines prima ſignatione initiati, tam cum chriſtianis quam ethnicis convixerunt, id religionis retinentes qvod cujusqve menti gratiſſimum fuit; Thorolfus itaqve & Egillus, regis rogatu adducti, ſe cruce ſignari ſiverunt.*

§. 7.

Adulti, prima ſignatione acceptâ, gentiles à chriſtianis habebantur, (*a*) & ſine dubio multi reipſa tales erant: (*b*) qvo tamen non obſtante, eos inter inventi, qvi verè & chriſtianè Deum colebant: (*c*) alii autem per qvasdam duntaxat ceremonias chriſtianos imitati ſunt, (*d*) vel ſaltem æqvius qvam anteà de chriſtianiſmo ſenſerunt. (*e*)

(*a*) Honorem & gratiam chriſtiani nominis demum baptiſmus converſis impertivit, unde vetus loqvendi uſus, At taca ſkírn oc kriſtiligt nafn, i. e. *Baptiſmum & chriſtiani nomen conſeqvi.* Ol. ſ. T. Hinc ille Norna-Geſtus, licet primum-ſignatus, expreſſè dicitur ethnicus, ut ex nota (d) audiemus, qvare & illum, niſi baptizaretur, diutius ſecum hoſpitio frui rex Norvegiæ Olavus noluit: Norna G. ſ. cap. 1. Geſtr biþr at hann dveliaz mætti um hríþ med hirdinni, konúngr ſpyr ef hann væri kriſtinn, Geſtr letz vera primſigndr, enn eigi ſkírdr; konungr kvad hanom ſkyldi heimilt at vera med hirdinni, enn ſkamma ſtund, ſegir hann, manto her vera úſkírdr. i. e. *Petiit Geſtus, ut ſibi cum ſatellitio ad tempus commorari liceret, rex interrogat, an ſit chriſtianus? Geſtus retulit, ſe primâ qvidem ſignatione non*

baptiſmo initiatum eſſe, tunc rex ei permiſit, ut ſatellitio ſuo adhaereret, verum, inqvit, non-baptizatus haud diu mecum manebis.

(*b*). Hic iterum exemplum capiam ab Egillo Grimi Calvi filio, qvi licet his ſacris initiatus, hominis chriſtiani ne pilum qvidem habuit, cum ethnicæ ſuperſtitionis improbas artes nullâ non occaſione tereret, vid. hujus vita ſive Egla capp. 48 & 51. Hic cum ab Erico Blodöx. Norvegiæ rege uxoris matrimonio ſpoliaretur, deos & daemonas gentiles profano ritu adjuravit, ut in principe illatam ſibi injuriam vindicarent. l. c. cap. 52.

Sva ſkyldo goþ gialda,	*Ita numina rependant,*
(gram reki bönd af hönðum,	(*regi ſuam tutelam dii renuncient,*
reiþ ſe reigin oc Oþin)	*iratus ſit cum diis* (reliqvis) *othinus*)
rán mins fiár hánom:	*raptum meae pecuniae ei:*
fólk mygi lát flya	*propulſorem populi fuga*
Freyr oc Niörðr af jörðu,	*Freyr & Niorde ex terra,*
leiþiz loſda ſtyri	*odio habeat regem,*
land ás, þann er ve grandar.	*qvi ſancta jura violat, patrium numen.*

(*c*) Cum prima ſignatione fidem & cultum chriſtianum amplexi ſunt, qvotqvot veritatis amore, magis qvam ſuis commodis ducti, ita ſeſe chriſtianiſmo præpararunt, tales fuere in Islandia Thorkillus Krafla, & Geſtus Oddlevi f. inſignes viri. K. ſ. cap. 2. & 8. nec non paulo ante nominatus Toco, qvi ſe primum-ſignatum in Chriſtum credere, & ut baptizaretur, paratum eſſe profeſſus eſt. Ol. ſ. h. p. 244. Er ec primſignðr enn eigi ſkírðr - - - - - en þó trúir ec a hvíta Kriſt, er ec nú þeſs œyrindis kominn á ydarn fund, at ec vil ſkíraz, oc þann boþſkap hafa ſem þer bióþit. i. e. *Signum crucis, non baptiſmum recepi - - - ſed nihilo minus in Chriſtum album credo, tuumqve conventum* (o rex) *ea propter petivi, ut baptizer, & qvae mihi das praecepta, ſervem.* Huc qvoqve referre liceat D. Auguſtinum qvi & ſocius ejus Alippus recepta prima ſignatione, in ſacris exercitiis occupabantur, ut habet Augu-

guſti-

gastinusa. s. in membr. Hann las primsignaðr sálma Daviðs, með Alippo, er þá var oc primsingðr. i. e. *Ille* (Augustinus) *jam catechumenus factus, cum Allippo, tunc etiam catechumeno, hymnos Davidis legit.* Deniqve Olai Tryggonis vita fidem & fidei fructus laudat, qvibus hic rex, ex qvo signum crucis acceperat, excelluit, cum nondum baptizatus Russorum regem hujusqve aulam à pagano ad christianum cultum converteret; hanc ejus operam historiographus tali elogio prosequitur, ut exemplar m. sc. habet p. m. 128. Færdi sva þiónusto maþr himna konúngsins enn fyrsta ávöxt sins erviþis sinom herra, at dæmi hins helga Basilii, sem predikadi openberliga kristna trú, fyrr en hann var skírdr, er þat oc eigi undarligt, at allsvaldandi Gud bles sinum helgom anda i bréóst þeim manni primsigndum, undir særing heilagrar trúar. i. e. *Ita regis cælestis servus primum sui laboris fructum domino suo ferebat, exemplo sancti Basilii,* (Basilii Magni Episcopi Caesariensis, sec. IV.) *qvi prius qvam baptismum susceperat, christianam fidem publicè docuit, nec mirum est, qvod omnipotens Deus sanctum suum Spiritum pectori hominis catechumeni sub exorcismo sanctæ fidei inflaret.* Codex impressus forte rectius legit, undir læring h. trúar, *sub institutione sanctae fidei*, cujus phrasis ratio paulo post reddetur.

(*d*) Primum signatos cum christianis versantes, qvoad ritus externos horum exemplo fecisse probabile est; sic illos imitabatur aliqvoties memoratus Norna-Gestus, idqve, ut produnt veteres, non sine fructu, cum enim aliqvando malus genius sive daemon, cubile ubi Gestus dormivit, concubia nocte intraret, qvæsiturus, siqvis dormientium, per vespertinæ devotionis neglectum, aditum & nocendi facultatem sibi daret, tam Gesti lectulum qvam reliqvorum frustrà tentavit, qvod hic cubitum iturus, in morem christianum, signo crucis se muniverat; qvippe hæc pietatis exercitia, qvamlibet frigida, ex opere operato suas vires & usus habere antiqvitas sibi persvasit; (res tota, licet fabulam redoleat, in Norna-G. s. cap. 1. narratur. Þá ena sömu nótt vakti Olafr konúngr i sæng sinni, oc las bænir sinar, enn allir menn sváfo i því herbergi, þá þótti konúngi sem álfr eda ári nockr kvæmi i húsit, sá geck fyri reckio hvers manns er þar svaf, oc at lyk-

 þum,

þum kom hann til sængr eins manns, er þar lá utarliga, þá nam álfrin staþar, oc mælti, furþu sterkr lás er her fyri tému húsi; eptir þat hverfr sá á brott at luktum dyrum, - - - - enn því hafdi álfrin sva til ords tekit um lásin, at Gestr signdi sic um kvöldit sem adrir menn, enn var þó reyndar heiþin. i. e. *Hac ipsa nocte Olavus rex in lecto vigilans, preces suas recitavit, reliqvis omnibus in dormitorio somno stratis; tunc regi genius qvidam sive malus spiritus domum ingredi visus est, qvi singulas hic dormientium spondas accessit, donec tandem ad cujusdam* (scil. Gesti) *in anteriore cubiculi parte qviescentis lectum deveniret, ubi genius ille subsistens dixit; obice mire firmo* (signum crucis intellige) *vacua domus munitur; his dictis, ille clausis foribus disparuit; - - - genius autem his de obice verbis usus est, qvod Gestus qvemadmodum alii homines, vesperi se cruce signaverat, cum tamen reipsa ethnicus esset.*

(*e*) Landatur Koli viri gentilis factum, qvi post primam signationem mox christianorum partibus accessit, Niála cap. 96. Kolr Þorsteinsson frændi Halls tók primsigníngu, oc het hann at fylgia þeim á þíngi. i. e. *Kolus Thorsteini filius, Halli cognatus, prima signatione acceptâ, se rebus illorum in comitiis* (generalibus) *affuturum promisit.* l. c. de Hialtone & Gizuró sermo est, qvi fidem apud Islandos prædicarunt, & feliciter plantarunt. Simile qvid de Gesto Oddlevio & Ormo, Islandis, commemorat K. s. cap. 9. qvorum uterqve prima signatione inauguratus evangelii successum promovit.

§. 8.

Cum hic in septentrione, sicut audivimus, signo crucis initiatis gentilibus liberum religionis exercitium relinqveretur, colligere inde datur, qvod nec illi christiana qvædam dogmata discere necesse habuerint, (*a*)

(*a*) Multi sine dubio pietatis causâ primum - signati, aliqvem fidei & doctrinæ veræ prægustum simul acceperunt, reliqvi hanc cerimoniam ex

rati-

rationibus politicis probantes, non tam chriſtianorum dogmata, qvam mores externos curarunt: § 7. Verum ſecus res habuit ſe in externa eccleſia qvæ ſuos fidei candidatos primum initiavit ſigno crucis, ſimulqve in catechiſmum recepit; qvare ille ſigni crucis ritus cum ſociis cerimoniis in jure canonico *catechiſmus* lato ſenſu toties vocatur; vide meum tractatum *de Cogn. ſpirit.* cap. II. §. 5. Hinc qvando hic actus ſermone vernaculo dicitur **Læring heilagrar trúar**, *inſtitutio ſanctae fidei*, id fit ad Latinæ phraſeos imitationem, non vero qvia noſtri catecheſin cum prima ſignatione traderent.

§. 9.

Iis eccleſia infantibus & adultis, qvi tantum crucis ſignaculo fuerant initiati, ſæpius (*a*) aut ſacra permiſit ſepulcreta, (*b*) aut ſacris proxima; (*c*) qvi enim vivi, illi & mortui fidelium communione non indigni cenſebantur.

(*a*) Sæpius qvidem, non ſemper, **R. b. Wåſtg. l. 1. fl. Wårdher barn brimſignat, oc eig dópt, tha ſkal thåt eig i kirkiugarde grawa, oc eig arf taka.** i. e. *Si infans primam tantum ſignationem, non vero baptiſmum conſeqvitur, nec inhumetur in coemeterio, nec haereditatem capiat.*

(*b*) Infantem primum-ſignatum hac gratiâ dignatur **R. R. V.** tit. 1. qvi ſententiæ §. 5. prolatæ ſubnectit; **Þæt ſkal grafva i kirkiogarði, oc biðia fyri ſól þeſs ſem beſt kann, láta verða at þæirri von es Guð vill.** i. e. *Hic* (infans) *in coemiterio inhumetur, pro ejus anima oretur ſummo ſtudio, ſpe acqvieſcente in eo, qvod Deus voluerit.* De pari funeris honore adultis conceſſo teſtimonium dicit **Egla** cap. ult., ubi Egilli ſupra memorati corpus, invectis in Islandiam chriſtianis ſacris, tumulo extractum & in coemiterio humatum fuiſſe his verbis narratur: **Grimr á Mos-felli var ſkírþr þá er kriſtni kom á Js-land, hann let þar kirkeo góra, enn þat er ſögn manna, at Þór-**

dís hafi látit flytia lík Egills til kirkeo, - - - bein Egills varo lögð niþr i utan verdum kirkeogarþi á Mosfelli. i. e. *Cum christianitas in Islandiam veniret, Grimus Mosfellensis baptizatus est, & templum in villa suá condidit, cum, ut vulgo dicitur, Thordisa* (Grimi uxor, Egilli privigna, & de fratre neptis). *Egilli funus ad templum ferri curavit, - - - Ossa ejus Mosfelli in exteriore coemeterii area condita sunt.* Sacrâ sepultura Egillum cohonestare ipsius consangvineis licuit, qvod in vivis signum crucis receperat, cum cæteroqvin alios omnes gentiles jus & praxis christianorum hinc excluderet.

(*c*) Medium tenere tutius judicat R. b. Gr. tit. 1. Ef barn andaz primsignt, - - - scal þat grafa viþ kirkio-garþ út, þar es mœtez vígdmold oc ovígd, oc syngva eigi líksöng yfir. i. e. *Si infans qvi primam signationem acceperat, moritur, in extremitate coemeterii, ad septum inhumetur, ubi terra sacra profanae contermina est, nec hymni funebres supra* (ejus sepultura) *canantur.*

§. 10.

Qvando nostra ecclesia nondum certa loca suis sacris & solemnibus dedicaverat, prima signatio ejus candidatis ubivis conferebatur: (*a*) templis autem postea erectis, ad fores illorum, (non intus,) pastor hoc officium absolvit. (*b*)

(*a*) Sic fuisse constat ex Ol. s. Tr. vid. §. 4. n. b.

(*b*) id verbis perspicuis docet. R. b. Wåstg. I. 1. Fl. Barn skal primsigna fyri utan kyrkiudyr, sidhen skal font wigia. i. e. *Infans prima signatione ante templi fores initietur, qvo facto consecretur baptisterium.* Conferatur Sc. A. præcipiens, ut infans post primam demum signationem, á sacerdote in templum feratur, nec non Sc. E. qvaei infantem â laico baptizatum sine prima signatione in templum deduc. jubet, vid, cap. II. §. 12. (b) cujus ultimi sententiam fragm. J.Æ. seqvitur,

tur, & ſimul formulam qvandam hoc caſu uſitatam delibat: Ef barn þat er ſkemri ſkírn var ſkírt, er lifandi preſti fært, oc prévar hann þat rettiliga eptir ſkipan kyrkunnar ſkírt vera, þá leiþi hann þat þegar i kyrkio, utan primſignan, ſegiandi, ingredere in templum domini. i. e. *Cum Infans breviori baptiſmo initiatus ad ſacerdotem vivus devenit, ipſe ſacerdos, ſi illum ex eccleſiae praeſcripto baptizatum fuiſſe per certa indicia cognoſcit, ſine prima ſignatione in ſacram aedem ſtatim inferat dicendo; Ingredere in templum Domini.*

Cap. VI.

De Cerimoniis in ipſo actu baptiſmi ſervatis.

Synopſis.

§. 1. Confeſſio peccatorum, & abrenuntiatio. §. 2. Baptizandus fidem ſuam profitebatur. §. 2. Aqvæ conſecratio. §. 4. Nudi baptizabantur. §. 5. Primum immergendo, poſt aſpergendo baptizatum eſt. §. 6. Immerſionis ritus. §. 7. Nomen baptiſmale. §. 8. Hoc in poſterum baptizatus non ſemper retinuit. §. 9. Formula baptiſmi. §. 10. Oleum ſalutis & chriſma. §. 11. Veſtis alba & facula baptiſmalis. §. 12. Sponſorum officium. §. 13. Sermo ad ſponſores. §. 14. Aliæ exterorum cerimoniæ nobis non notæ. §. 15. Baptiſmi ſolennitas.

§. I.

Delineato jam primæ ſignationis actu, ad ſubſeqventem baptiſmi ſolennitatem deſcendo, qvam demum ſacerdos, cum ad baptiſterium veniret, exorſus eſt: hic pri-

primo qvidem loco initialis à gentilismo conversus, confessa peccata cum avitis erroribus ejuravit, (*a*) & jussu ministri, sive infans sive adultus, diabolo renunciavit. (*b*)

(*a*) Videatur Tr. Arnk. Cimbr. heidenb. 1. B. 8. cap. §. 8. De caetero ad peccatorum olim in baptismo factam confessionem & votum referenda sunt Olavi Tryggonis fidem gentili svadentis verba, Raugnv. s. membr. p. 4. Med þessi trú skalto neita diöfli oc öllum hanns vilia, velom, oc skurd-goþa villo, enn siþenn taka skírn i nafni Þrenningar, med sannri iþran oc játningu syndanna; er Gud sva máttigr oc milldr at miskunna, at hann þvær af mönnum i hæilagri skírn allar syndir, ef hann gengr til skripta fyri kennimanni, oc segir til glæpa sinna med sannri iþran. i. e. *Acceptá fide, diabolo ejusqve omni voluntati, dolis, & idolomaniae renunciabis, & postea, cum vera poenitentia & peccatorum confessione, in sanctae Trinitatis nomine baptizaberis; Dei enim tanta est potentia & ad misericordiam propensio, ut in sancto baptismo cuncta hominis peccata eluat, si modo absolutionem ministri qvaerit, & ex animo poenitens sua delicta confitetur.* Ad exteros qvod attinet, vid. Bingh. lib. XI. cap. VII. §. 13. 14.

(*b*) Abrenunciationem in baptismo factam votumqve pietatis respicit R. R. J. dicens: Hæit ero tvöfaldligh, ero þav er allir hæita i skírn, at hafna fiandanum oc halda kristiligha trú, göymandi Guds bodorda; vilianligh ero þav, er madr hæitir med vilia sinum gefva eda gera þá luti, sem hann var æi fyrr scyldr. i. e. *Vota duplicia sunt: sunt qvae in baptismo faciunt omnes, scilicet renunciare Satanae, sanctamqve fidem tenere, observando mandata Dei; alia vota voluntaria sunt, qvibus sponte qvis promittit dare aut facere id, ad qvod prius non fuit obligatus. Fragm. J. eccl.* vid. §. 10. Sc. Æ. vid. cap. II. §. 12. (b). Apud exteros catechumeni diabolo tenebrarum principi renunciaturi occasum spectarunt, fronteqve caperatâ & aliis gestibus iram & odium significantibus, dixerunt: *Renuntio Sata-*

Sathanæ, *&* *operibus ejus*, *&* *pompis ejus*, (ſpectacula & ludos gentilium intellige), *&* *cultibus ejus*, *&* *omnibus qvæ ſub eo ſunt.* Vid. Bingh. l. c. & Salvianum Lib. 6.

§. 2.

Poſt abrenunciationem, ſicut etiamnum fit, ſacerdos de fidei ſalutaris conſenſu baptizandos rogavit, cum illi viciſſim ſuam in Deum triunum fidem confeſſi ſunt, (*a*) & perantiqvo more baptiſmum ſibi conferri optarunt. (*b*)

(*a*) Confeſſio fidei apud exteros in propatulo fieri debuit, docente Auguſt. ſ. Sá var þá ſidr i Roma, at þeir er til ſcírnar gengu, ſcyldo ſtíga uppá hávan ſtad, oc játa trú ſina fyri fólkinu, enn preſtar loſudu Victorino ſnillingi at góra þat leyniligar, þvíat hann var þá enn údiarfaſti, oc kunnr ôllum, hann vildi þetta eigi, ſteig ſídan uppá málſtadin, þat undrudu miôc vantrúadir Romveriar. i. e. *Mos erat Romae ut ad baptiſmum venientes, editum locum conſcenderent, fidemqve ſuam palam populo confiterentur; at ſacerdotes Victorino rhetori conceſſerunt, ut hoc faceret privatius, cum ipſe adhuc eſſet timidiſſimus, & omnibus notus, ille tamen hoc noluit, & conſcendit locum dicendi, qvod infideles Romanos in multam admirationem rapuit.* Præterea confitens vultu ſpectavit orientem, manibus & oculis ad cœlum ſublatis. Bingh. l. c. ubi forte majores noſtri exteros ſecuti ſunt, cum, (etiam horum exemplo Bingh. XIII. 8) ſimilem corporis poſitum inter orandum obſervarent, qvod præſcribit. K. b. G. ab initio: Ver ſkulum lúta œſtr, oc biðia til ens hælgha Kriſts árs oc friðar. i. e. *Ortum verſus procumbemus, & ſanctum Chriſtum de annona & pace orabimus.*

(*b*) Hæc omnia ſuo exemplo monſtrant anus, apud Hallum de Sida, Islandiæ orientalis incolam, hoſpitantes, de qvibus Ol. ſ. T. p. 219. Er þær hôfþo játat þreſaldri ſpurningu kennimannſins af þrenningar trú, oc er þær hôfþo beþiz ſcírnar, ſem ſiþr er til, þá

skírdi Þángbrandr kerlingarnar, i nafni Fødor oc Sonar oc heilags Anda. i. e. *Quum de sua in Trinitatem fide, ad tripli cem sacerdotis qvaestionem assenserant, & sicut mos erat, baptismum optarant. Thangbrandus anus illas in nomine Patris Filii & Spiritus sancti baptizabat.*

§. 3.

Ad ipsum baptismum sive tinctionis actum priusqvam veniretur, pastor aqvam baptismalem sale condivit, (*a*) crucisqve signaculo & solenni formula consecravit. (*b*)

(*a*) Hoc utrumqve, aqvam & sal lustricum, ut baptizandi infantis parentes in sacros baptismi usus compararent, jubet K. b. Wåstg. l. 1. Sl. vid. cap. VII. §. 9. (a), nempe hæc salis mixtura separavit fontem sacrum a b aqva communi, ut monstrat hic apud Pontificios hodienum superstes r tus. Jo. Engau. Elem. J. Can. lib. II. §. 10. Qvinetiam extra baptismum omni lustricæ aqvæ, virtutem & usum supernaturalem præstiturae, salem olim indiderunt, & hac formulâ consecrarunt. *Praesta domine tuum salutare remedium super hanc creaturam salis & aqvæ, ut ubicunqve intercesserit, animæ & corporis perficiat sanitatem, per dominum nostrum Jesum Christum;* ex apographo membr. manu A. Magnaei, n. 729. Salis naturali acrimoniâ aqvae lustricae spiritualem in eluendis peccatis virtutem significari, tradit de *Expurgatione peccati* liber p. m. 15. Ver egom vatn at vígia med salti, sélkinu til hiálpar, at af því helgiz menn oc hreinsiz af syndum. &c. i. e *Aqvam cum sale consecrare debemus, in salutares populi usus, ut hoc remedio sanctificentur homines, & à peccatis expurgentur.*

(*b*) Cum aqvæ consecratio laicis baptizantibus præscriberetur, multo minus pastores, ordinarii baptismi ministri, illam negligerere debuerunt. K. b. Wåstg. l. 1. Sl. vid. cap. 5. §. 10. (b) K. b. Wåstm. l. 18. Sl.

Sl. vid. cap. 1. §. 1. (b). Hinc aqvæ lustricæ consecrationem ab Evangelicis negligi, in Joannis episcopi Holani carmine locum criminis obtinet, vid. §. 9. (c): dictæ vero consecrationis modus & processus qvalis fuerit discimus ex K. b. Gr. tit. 1. ubi de baptismo laicali sermo est, qvi normam ministris legitimis solennem imitari debuit: Hann scal sva mæla, ec vígi þic vatn i nafni Fauþr, oc gera kross á vatnino með hendi enni hægri, oc Sunar, oc gera annann kross, oc Andans helga, oc gera enn þriþia kross, - - - i kross scal bregða þumal-fingrenum viþ orþit hvert þeirra þriggia. i. e. *Ille*, (laicus infantem baptizaturus) *ita dicat; te aqva consecro in nomine Patris, crucisqve figuram manu dexterá notabit, & Filii, aliam crucis figuram ducens, & Spiritus sancti, tertiam addens crucis figuram - - - - ad verba ex his tribus singula, pollicem decussatim vibret.* Etiam apud exteros in crucis signaculo hunc ritum constitisse docet cum aliis Binghamus, *Origg. Eccl.* lib. XI. cap. X. §. 3. ubi & hæc formula legitur: ***Respice de coelo, & sanctificia hanc aqvam, da vero gratiam & virtutem, ut qvi baptizatur secundum mandatum Christi tui, cum eodem crucifigatur, - - - - & consuscitetur in adoptionem qvae in eo fit.***

§. 4.

Adulti non secus ac infantes, vestibus ope sponsorum exuti, in baptisterium descendere solebant, (*a*) decore tamen & verecundia haud dubie servatis; hic vero postea ritus, ad totius corporis madefactionem necessarius, simul cum immergendi consvetudine abrogatus est. (*b*)

(*a*) Qvod infantes & adulti olim nudi baptizati sint, vel ex sola baptismi forma & ritu conseqvitur: Sic infantes, à laicis baptizandos, vestibus exui jubet K. R. V. vid. cap. II. §. 8. (a). Qvantum ad adultos, locuples habemus testimonium in Þorvalds s. Tasalda, ubi Bardus Crassus, verens ne nudus ridiculo esset, in loco solitario baptizari voluit, dicens.

cens. Far þú Þorvaldr til konúngs, oc ſeg hanum, at her viliu ver ſcirdir vera, ſem nu ero ver komnir, þvíat ver vilim eigi at fiölmenni hlægi at oſs, at ver ſem afklæddir ſva gamlir. i. e. *Adi regem Thorvalde, eiqve refer, nos hic velle ubi jam ſumus baptizari, nolumus enim ut hominum multitudo nos rideat, qvod adeo grandaevi veſtibus exuamur.* Sic veſtium depoſitio in baptiſmo facienda, etiam ſcrupulum aliqvem injeciſſe videtur Thorkillo Kraflæ, nobili Islando, qvippe qvem, cum fides ei prædicaretur, non tam Chriſtianorum doctrina, qvam illis uſitatus immerſionis ritus, à ricipienda fide abſtraxit, docente Vatzd. ſ. cap. 42. Þat þótti Þorkeli meſt afbregda, er i vatni ſcyldi þvaz, oc ſagdiz hann eigi nenna um ſinn at hafa þeſſa breytni, enn kvedz þó hyggia ſú mundi góð vera. i. e. *Id Thorkello maxime ſingulare viſum eſt, ut aqvâ* (baptizandus) *ablueretur, qvare ſe in praeſens ſuperſeſſurum eſſe dixit hoc inuſitato ritu, ſi vel maxime ſuâ ſententia bonus eſſet.* Plura hujus generis de Chriſtianis externis affert Lambecius ad Rimbertum ſ. l.

(*b*) vide cap. X. §. 3.

§. 5.

Qvod attinet ad ipſam baptizandi formam, hæc prioribus ſeculis in trinâ, ſi poſſet fieri, hominis immerſione conſtitit; (*a*) ſin minus, pro aqvæ copiâ tam unica ſuffecit immerſio, qvam triplex aut ſingularis aſperſus: (*b*) tempora autem ſeqventia, loco immerſionis, receperunt trinam aut ſimplicem aſperſionem, eamqve in uſum adeo communem ſenſim verterunt, ut tandem, non ſecus ac immerſio, foret legitima. (*c*)

(*a*) Immerſionem olim ordinariam fuiſſe & uſitatiſſimam, ex bene multis hiſtoricis patet, qvin etiam hoc manifeſtum eſt, ex norma laicis circa baptiſmi officium præſcriptâ, qvam nempe ſolennior baptizandi modus unicè determinavit.

(*b*) Tri-

(*b*) Triplex immerſio, ſi poſſet fieri, ſimplici præſtabat, qvæ tamen, ut aſperſio, in caſu neceſſitatis legibus ſatisfecit. K. R. Þ. tit. 1. Skíri ec þic N. ſcal hann kveþa, oc nefna barnit, i nafni Födor, oc drepa barnino i vatn, oc Sunar, oc drepa því i vatn annat ſinn, oc anda ens helga, oc drepa því i vatn et þriþea ſinn, ſva at þat verþi alvatt, þó es rett at um ſinn ſe i drepit, eþa helt vatni á, eþa avſit, ef ecki verþr ráþrúm at öþro. i. e. *Te baptizo N. inqviat, puerulum nominans, in nomine Patris, aqva infantem immergens, & Filii, ſecundo illum immergens, & Spiritus ſancti, tertio illum immergens, ut totus madeſcat, rectum tamen eſt, ut ſemel aqvá mergatur, perſundatur, aut aſpergatur, ſi per circumſtantias aliter fieri neqvit.* K. R. A. tit. 1. Ef barn er med litlo lifi fætt, oc náir eigi presti, þá ſcal ſcíra hver ſem hiá verþr staddr, iafnvel fadir eda módir, ef eigi ero adrir menn til, oc díſa barnino i vatn þryſvar, oc mæla þeſsor ord á medan: Jón eda Gudrún, ec ſcíri þic, - - - - - - þó er rett at um ſinn ſe i drepit, eda helt vatni á, eda avſit, ef eigi er rádrúm at ödro. i. e. *Si infans adeo imbecillis naſcitur, ut paſtorem accire non liceat, tum qvicunqve coram fuerit, vel aliis abſentibus, pater etiam aut mater, infantem baptizent, illum ter aqva mergant, & haec verba interim proferant. Johannes vel Gudruna, Te baptizo, - - - - - - rectum tamen eſt, ut* (baptizandus) *ſemel immergatur, aqvá perfundatur, aut aſpergatur, ſi per circumſtantias aliter fieri non poteſt.* K. R. V. vid. cap. 4. §. 3. (c). Deniqve aſperſionem non ſecus ac immerſionem probat Eylifi archiepiſcopi conſtitutio, qvæ non obſcure ſimul innuit, olim non minus ordinariè vaſculo, qvam manu miniſtri, aqvam initiando ſuperinfuſam fuiſſe, ſiqvidem laicorum baptiſmum utrovis modo formaliter & legitime tractari cenſet. vid. ſupr. cap. 11. §. 2. (a)

(*c*) Tenuiſſimam infantum valetudinem ſine dubio ſæpe in magnum diſcrimen adduxit immerſio, qvare ejus loco aſperſionem ſubſtituit Chriſtiani III. *Ordinatio eccleſiaſtica*, cujus verba ſunt, Danicè: De ſkulle blottis, oc ſaa tre ſinde ofuer øſes, dog ſkal man gifue ſkiøde paa deris ſørlighed, om det er ſaa i tiden, at de oc taaler at baris, thi mand ſøger met daaben børnenes velfart, og ikke deris forderfnelſe.

neſſe. Latine: *Nudati* (pueri) *terna vice perfundantur aqva, habita interim ratione valetudinis, baptiſmus enim in ſalutem, non in perniciem puerorum confertur.*

§. 6.

Infantes primâ immerſione ante miniſtrum, ſecunda ad ſiniſtram, tertia ad dextram ejus in aqvam præcipites dabantur, ita ut caput corpus reliqvum praecederet. (*a*)

(*a*) Non dubito qvin in baptiſmo ordinario his cerimoniis peracta ſit immerſio, qvandoqvidem baptizanti laico illas obſervare præſcribit. K.R. Þ. exemplaris auctioris. Hann ſcal nafn gefa barnino, ſva ſem þat ſcal heita, hvert ſem er ſveinn eþa mær, oc mæla ſiþan; ec ſcíri þic, oc nefna barnit, i nafni Föþor, oc drepa barnino i vatnit fram fyrir ſic, oc Sonar, drepi i vatn annat ſinn til vinſtri handar höfdi barnſins, oc heilags Anda, drepi i vatnit þriþia ſinn til hægri handar höfdi barnſins, ſva þat verdi alvatt i hvart ſinn. i. e. *Nomen infanti det, qvo vocandus eſt, ſive puer ſive puella fuerit, dicatqve: baptizo te in nomine Patris, nominans puerum, & illum in aqvam ante ſe immergens, & Filii, ſecundo caput infantis in aqvam mergens ſiniſtrorſum, & Spiritus ſancti, tertio caput infantis in aqvam mergens dextrorſum, ut totum corpus abluatur.*

§. 7.

Ad baptizandi actum pertinuit nominis impoſitio, per qvam infantes nunc inqvilina ſuorum fere cognatorum, (*a*) nunc peregrina nomina receperunt; (*b*) adulti vero, niſi qvod plerumqve accidit, priſtina nomina retinerent, (*c*) ſubinde nova, (*d*) vel a prioribus parum mutata nacti ſunt. (*e*)

(*a*) Hoc

(*a*) Hoc non Chriſtianis ſecus ac ethnicis uſitatum fuiſſe, plurimis exemplis notum eſt; hinc Olavus Sanctus Norvegiæ rex, aulico ſuo crimini dedit, qvod privato auſu nomen non genitivum regio puero, cum baptizaretur, indidiſſet. Ol. ſ. h. p. m. 425. Konúngr mælti, hví let þú Magnus heita? ecki er þat vart ætt nafn, Sigvatr ſvarar, ec let heita eptir Karla-Magnuſi konúngi, þann viſsac konúng frægſtan i heimi. i. e. *Qvaeſiuit Rex, cur* (filium meum) *Magnum vocaſti? non hoc nomen in mea familia exſtitit; reſpondit Sigvatus, puerum vocavi nomine Caroli Magni, hunc enim regem in toto mundo celeberrimum novi.*

(*b*) Peregrina, & à rebus ſacris deducta nomina, una cum nova religione, Scandinaviæ incolis innotuiſſe, res ipſa loqvitur, licet illud Joannis, & pauca forte alia, ab exteris mutuata, paganos geſſiſſe legamus. Þordar ſ. Hrædo cap. 6. Ol. ſ. h. cap. 50. &c. Jacobi nomen filius Olavi Skottkonung Sveciæ regis, à feſti, qvo natus eſt, eponymo ſancto, primus accepit, plebe, qvæ ſacra gentilia nuper reliqverat, novitatem nominis parum æqvè ferente, ut refert Ol. ſ. h. p. m. 126. Enn gat hann annann ſon viþ drottningu, oc var hann fæddr Jacobsvöku, enn er hann var ſkírþr, þá let biſkup hann heita Jacob, enn þat nafn líkadi Svíum illa, oc kváþo alldreigi hafa Sviá konúng Jacob heitit. i. e. *Adhuc ille* (Olavus Erici filius Sveciæ rex) *alium ex regina filium ſuſcepit, qvi vigiliá Jacobi natus eſt; unde illum, cum baptizaretur, epiſcopus Jacobum vocavit; hoc vero nomen Svecis inviſum erat, cum dicerent nullum unqvam Sveciae regem ita vocatum fuiſſe.*

(*c*) Ut hominem ipſum, ita qvoqve hujus nomen baptiſmus ſanctificicavit, unde vita Thorlaci ſancti, epiſcopi Skalholtini. Var þá hans nafn ſannarliga gott, er þat helgat var undir heilaga ſkírn, oc bleſſat med biſkupligri tign. i. e. *Ejus ergo nomen* (Thorlaci) *vere bonum exſtitit, cum ſub ſancto baptiſmo conſecraretur, & auctoritate epiſcopali* (in confirmatione) *benediceretur.* Sine dubio excuſare voluit biographus, qvod vir ille ſanctus nomen gereret à profanis gentilium diis deſumtum, nam Þor-lákr *Thori luſus & deliciae* explicatur.

(*d*) Pau-

(*d*) Paulum, cum ab Anania baptizaretur, Sauli nomen mutasse, vult codex Postula-saugr, in hujus apostoli vita: Höfdu þat margir fyri satt, at hanum væri þá Pals nafn gefit i skirninni, enn þó af vanda, þá var enn stund til þess, at Sáls nafnit lagdizt nidr af alþydu. i. e. *Multi* (veterum) *pro certò habuerunt, quod illi tunc in baptismo Pauli nomen inditum sit, verum tamen consvetudinis causâ, tempus aliqvod effluxit, donec vulgus Pauli nomen mitteret.* Post l. c. incerta qvoqve fide perhibetur, Saulum desiisse vocari, cum Sergius Paulus apostolo nomen suum usurpandum commendaret, Sergius Paulus tók skirn oc retta trú, af kenningu Páls postula, ok fyri því hann hafdi sigrat þann enn fiölkunnga mann, enn gört rett trúadan Sergium, þá bad jarlin at sidan væri postulin kalladr Paulus, enn eigi Saulus, i minning þessar miskunar, er jarlinn hafdi af honum hlotit. i. e. *Sergius Paulus baptismum & rectam fidem suscepit, per doctrinam Pauli apostoli, quia verò hic magum illum superaverat, Sergiumqve orthodoxum reddiderat, comes* (proprætor) *tunc rogavit ut apostolus deinceps Paulus vocaretur, non Saulus, ad recordationem hujus misericordiae, quam comes ab ipso acceperat.* Cæterum nostri nova baptizatis nomina indiderunt, si hactenus indecora habuerant. Ol. f. T. m. f. p. 339. Jarl feck konúngi son sinn i gisling, er het Hvelpr eda Hundi, let Olafr konúngr þá skira sveinin meþ Hlödves nafni. i. e. *Comes* (orcadum) *regi obsidem tradidit filium suum, qvi Hvelpus sive Hundo* (catulus vel canis) *antea nominatus fuerat, sed Olavus rex Ludovici nomen illi in baptismo dari curavit.* Nihilo tamen minus nomina qvædam haud multo meliora christianismus retinuit, ut Tóvi *vulpes*, Köttr *felis, catus*, Rútr *aries* &c.

(*e*) Knytl. cap. 1. & Heimskr. lib. VI. cap 28. Sva segia menn at Otto keisari gerþi gudsifiar vit Svein sun Haralds konúngs, oc gæfi hanum nafn sitt, oc var hann sva skírdr, at hann het Otta-Sveinn. i. e. *Sic vulgo dicitur, qvod Otto caesar Svenonem regis Haraldi filium in baptismo susceperit, suumqve nomen dederit, unde cum baptizaretur, Otta-Sveno nominatus est.* Huc qvoqve spectat Eyrb. f. cap. 55. ubi Gesti cujusdam mentio injicitur, qvi cum baptizaretur, nomen Thor-Gesti accepit. vid. §. seq. (a)

§. 8.

§. 8.

Pro nominibus in baptiſmo datis, interdum illa hactenus nota & recepta redierunt in uſum communem, (*a*) vel nova certis de cauſis aſſumta ſunt, (*b*) neglecto nomine luſtrico, vel etiam, ſi credere fas eſt, oblivioni dato. (*c*)

(*a*) Nomen vetus, in baptiſmo licet mutatum, aliqvando reviguiſſe colligo ex Eyrb. ſ. qvâ memorante, Snorro curio Islandus, vir cæterà cautus & ſapiens, illi qvi Styrum ſocerum interfecerat, actionem fruſtra intendit, cum in dicâ, vulgi conſvetudine deceptus, nomen occiſoris ſub paganiſmo habitum exprimeret, neglecto baptiſmali, l. c. cap. 55. Stefndi Snorri Geſti fyri vígit, - - - - enn þat mál unytti Þorſteinn um ſumarit á þingi, fyri þa ſök at Snorri ſtefndi Geſti, enn þat var ſvarit at hann hefdi ſkírdr verit med Þorgeſts nafni. i. e. *Snorro Geſtum de hac caede in jus poſtulavit - - - - ſed in aeſtatis proximae comitiis Thorſteinus* (Geſti fautor & patronus) *hanc citationem irritam fecit, propterea qvod Snorro Geſtum citarat, teſtes enim juratò aſſeruerunt, qvod Thorgeſti nomen in baptiſmo accepiſſet.* Sic Sveno Tiugu-ſkeggr, vel *Furcatae barbae*, nomen ſuum luſtricum Otto-Sveinn non diu retinuit, nomine ante baptiſmum noto in reliqvum vocatus. vid. E. Pontopp. *Ann. Eccl.* lib. 1. p. 69.

(*b*) In exemplum iterum veniet Sveciæ princeps ante nominatus (§. 7. nota b.) qvem, cum rex crearetur, populus Önundum vocavit, inviſo Jacobi nomine, qvod in baptiſmo acceperat, repudiato, Ol. ſ. h. l. c. Þeir brædur leiddo þá fram Jacob kongsſon, oc leto hanum geſa konúngsnafn þegar á þinginu, oc þar med gáfo Svíar hanom Önundar nafn, oc var hann ſva kalladr æ ſidan, medan hann lifdi. i. e. *Tunc Jacobum regium puerum fratres illi produxerunt* (ad populum), *auctoritate ſua efficientes, ut mox in eodem conventu rex crearetur, hoc facto Sveones puero Önundi nomen indiderunt, qvomodo qvoad vixit vocatus eſt.* Kalo nobilis Norvegus, cum comes Orcadum fieret, novum Rögnvaldi nomen adſcivit, & deinceps retinuit, cu-

jus rei occasionem & causam sic describunt Jarla ſſ. Sigurdr konúngr gaf Kala Kols syni Orkneyar hálfar vid Pál jarl Hákonar son, oc jarls nafn medr, hann gaf hónum oc nafn Rögnvalds jarls Brúsa sonar, því Gunnhildr módir hans sagdi Rögnvald jarl verit hafa giorviligastan allra jarla i Orkneyum, oc þótti þat heilla vœnt. i. e. *Sigurdus rex* (Norvegiæ) *Kaloni Koli filio dedit praefecturam Orcadum, ex parte dimidia cum Paulo Haconis filio, illumqve simul comitem creavit, & imposuit ei nomen Rögnvaldi comitis Brusonis filii, nam Gunnhildis Kalonis mater ferebat Rögnvaldum comitem inter omnes comites Orcadenses virtutibus heroicis fuisse instructissimum, qvare* (hujus assumere nomen) *auspicatum visum est.*

(c) Sæmundus ille multiscius (Frodi), vir nostræ antiqvatis judiciô adeo celebris, cum apud exteros studiis humanioribus vacaret, patrii & in baptismo dati nominis oblitus, Kollum se appellavit, ut memoriæ prodit Joannis S. episcopi Holani vita. Nam hann var úkunnigr frœdi, sva at hann tyndi allri þeirri, sem hann numit hafdi á œsku aldri, oc jafnvel skírnar nafni sinu, enn er enn helgi Jón kvam þar er hinn var fyri, spurdi brátt hverr annan at nafni, hinn helgi Jón sagdi nafn sitt, enn Sæmundr nefndiz Kollr; Jón svarar, af gipt heilags Anda oc mykilli kenniſpeki, ec get attu heitir Sæmundr, oc ser Sigfuss son; taladi hinn h. Jon þar til fyrir hónum, at hann kannadiz vid sic oc ætt sina, Sæmundr mælti, vera má at sónn se saga þín. i. e. *Heic ignotas hausit artes, qvo factum est, ut omnia quae puer didicerat, vel nomen etiam baptisinale nunc dedisceret, cum autem sanctus Joannes in locum veniret, ubi se ille continuit, & de nomine alter alterum qvaererent, hic suum edidit, sed Sæmundus se Kollum vocavit; tunc Joannes, ex inspiratione Spiritus S. multáqve sapientia cognoscitiva, respondit, at ego credo qvod nomineris Sæmundus, & Sigfusi filius sis; postea S. Joannes de his illi locutus est, donec Sæmundus se ipsum genusqve suum recognosceret, & diceret, fortasse qvae narras mihi vera sunt.* Sed fortasse qvæ narrat nobis auctor, falsa sunt, qvid enim à fide magis alienum, qvam posse qvenqvam patriæ, generis, & nominis oblivisci.

§. 9.

§. 9.

Tam immerſionem qvam aſperſum in nomine triunius Dei paſtor abſolvit, (*a*) hoc enim niſi faceret, ipſius baptiſmus formam decentem & reqviſitam non habuit. (*b*)

(*a*) Verborum in baptiſmo formulam prorſus eandem qvâ hodie utimur, vetus eccleſia retinuit, qvod oſtendunt R. b. G. vid. cap. II. §. 1. (b) R. R. M. ibid. §. 2. (a) R. R. P. vid. §. 5. (b) &c.

(*b*) *Jus Eccl. Cimbr.* cap. II. Barn ma æi kallas kriſtnæt, uthæn thæt werther doptæ, i Fathers nafnæ, oc Suns, oc hin hælghæ Andæ. i. e. *Infans non poteſt haberi Chriſtianus, niſi in Patris nomine & Filii & ſancti Spiritus baptizatus ſit.* Sc. A. p. m. 3. Pat er ecki ſkirn rett, nema bædi ſe vidhaft vatn oc ord. i. e. *Baptiſmus formalis non eſt, niſi aqva ſimul & verba adhibeantur.* Qvin etiam ſi ſola formula, *baptizo te*, omitteretur, vel cæteris rite peractis, baptiſmum cum conditione repetendum eſſe docent *Reſcripta Papalia*, ubi hic caſus in qvæſtione verſatur. *Si qvis puerum ter in aqvam immerſerit, in nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti, amen, & non dixerit, ego baptizo te, è qvibus dubium eſt, an* (rite) *baptizati fuerint*, (reſponſum Alexandri 3tii) *Patris & Filii & Spiritus ſancti nomine puer baptizatus*, (omiſſa formula baptizo te:) *baptizetur* (iterum) *hiis verbis premiſſis; ſi baptizatus es, non te rebaptizo, ſed ſi nondum baptizatus es, ego baptizo te. &c.*

§. 10.

Paſtor cum certis utrinqve precationibus, (*a*) oleo ſalutis pectus & humeros baptizandi, (*b*) chriſmate verò baptizati frontem, in formam crucis, perunxit. (*c*)

(*a*) Unctionis oleo factæ formulam, qvam apud alios videas, obiter meminerunt. Sc. Æ. & *Fragm. J. Eccl.* vid. n. (c.) & §. seqv. n. (a) Orationem vero chrismatis lituræ additam, cujus prima qvoqve verba *Fragm. J. Eccl.* delibat, integram sistit Joh. Lincknerus *de Veste alba* §. 3. *Deus Pater omnipotens, qvi te regeneravit ex aqva & Spiritu sancto, concessitqve tibi peccata tua, ipse te ungat in vitam aeternam, amen.*

(*b*) Secundum Binghamum (lib. XI. cap. IX. §. 2.) chrismatis ab oleo salutis diversitas in alio tantum nomine, vel usu diverso constitit. Fleischerus autem (lib. 1. cap. 7.) cum aliis, hæc qvoad materiam insimul distingvit, dicens oleum salutis merum fuisse & sincerum oleum, chrisma vero ungventum, qvod ex rebus diversis die Viridum composuit episcopus.

(*c*) In nostra olim ecclesia utramqve ceremoniam extitisse, videmus ex Sc. Æ., qvæ cum laicalis baptismi supplementum ordinat, de oleo salutis & chrismate distincte mentionem movet, p. m. 2. **Leggi Oleum sanctum á brióst oc bak, - - - dicendo, ego lineo te, et cetera, oc leggi Krisino i hófvut, oc segi þór oraciones, er þar eru til gervar.** i. e. (sacerdos) *Oleum sanctum tergo & pectori illinat - - - dicens, ego lino te, capiti chrisma imponat, & eas, qvæ ad haec ordinatae sunt, orationes recitet.* conf. Fragm. J. Eccl. & Sc. 21. §. seq. Unctionem baptismalem pluresqve papisticos ritus abolevisse, Martino episcopo Skalholtino, ex Lutheranis secundo, exprobrat Joannes Aronis, episcopus Holanus, furens ille circa Reformationis initia Evangelicorum in Islandia persecutor, in carmine, qvo Martinum jam captum gloriabundus insultat, unde hic versus est.

Skírnar Oleum stickar hann af,	*Oleum baptismale abrogat,*
Oc skaparans móðr at biðia,	*Et matrem creatoris invocari,*
þat priðia	*tertiò*
Vátnit bannar vígt at se,	*Aqvam lustricam consecrari vetat,*
Verðr því at hádi oc spe	*Unde sannis & ludibrio exponitur*
hans avmlig iðia.	*Deplorandum ejus negotium.*

Qvod

Qvod vero, ubi, dixi uterqve unctionis ritus locum habuerit, ex communi exteris consvetudine arbitror, qvi initiandos oleo salutis ante baptismum, chrismate post illum modo supradicto unxerunt. Bingh. lib. XI. cap. IX. Fleischerus lib. I. cap. 7.

§. II.

Absolutis, qvas hactenus breviter descripsi, cerimoniis, pastor baptizatum alba veste induit, (*a*) & ardentem candelam in ejus manu posuit, (*b*) precationes interea recitans, ad utramqve cerimoniam conceptas. (*c*)

(*a*) Hos duos deniqve ritus, ut succedaneos, reliqvis adjicit. *Fragm. J. Eccl.* ubi in eo est, ut doceat, qvibus baptismi ordinarii cerimoniis hoc sacramentum à laico tractatum confirmetur: Leggi oleum sanctum á brióst oc bak, sine interrogacione et abrenunciacione Satane, oc segi, et ego lineo te oleo salutis, leggi Krisimu i höfut oc segi, Deus et Pater, oc færi sipan barn i skírnar-kubl, segiandi, Accipe vestem candidam, þá fái hann því logandi vaxkerti i hægri hönd, oc segi, accipe lampadem. i. e. *Pectus & tergum ungat oleo sancto, missaqve interrogatione, & Sathanae abrenunciatione dicat: Ego lino te oleo salutis, postea chrisma capiti imponat dicens: Deus & Pater. hoc facto, infantem veste baptismali induat, addita formulá; Accipe vestem candidam, & deniqve lucentem cereum in ejus manum tradat, dicatqve, Accipe lampadem.* Accedit statutum Arnæ episcopi, cujus verba, licet alibi producta, semel repetere non pigebit. Hann skal sidan leida barn i kyrkio, smiria á brióst, oc millum herda, med Oleo sancto, enn sidan med Krisimu i höfdi, færa i skirnar-klædi, oc fá kerti logandi i hönd, oc giöra þessa alla hluti med tilskipudum ordum. i. e. *Infantem in templum postea ducat, pectusqve ejus & humeros oleo sancto perungat, caput vero chrismate, veste lustricá infantem vestiat, candelamqve ardentem in ejus manus tradat, & verbis hoc casu praescriptis singula peragat.* Baptismalis indumenti seorsim meminit

nit Olavi Tryggonis vita, m. ſ. p. 860. Skírdi Þángbrandr preſtr kerlingarnar, oc ſkryddi þær hvíta voþum; i. e. *Thangbrandus ſacerdos illas anus baptizavit, & tegumentis albis amicivit.* cod. impr. lib. II. p. 217, habet: Oc færdi þær þar eptir i hvít klædi, i. e. *Et dein veſtibus candidis illas induit,* ubi in qvibusdam manuſcriptis litklædi, *Veſtes pictae* ſive *coloratae*, minus recte legitur; vide ex bibliotheca b. A. Magnæi No. 55. p. 713. Ex his intelligis qvod baptizantis fuerit albas baptizato imponere, qvanqvam Ludovicum, Herdi Cimbriæ principis converſorem & teſtem luſtricum, hoc feciſſe ſcribit Gwaldo monachus. lib. XII.

Tandem mollitus divino numine Danus
Credidit, & liqvidas fontis deſcendit in undas,
Qvem caeſar niveis, ut mos eſt, induit albis.

De veſte alba plura habebis capite VIII.

(*b*) De cereis baptiſmalibus copioſe ſcripſit Jo. Faes, ubi ejusmodi facularum origo, antiqvitas, qvantitas, forma, ſanctitas, & hujus farinæ plura inqviruntur. Candelarum in baptiſmo uſum, noſtræ qvoqve eccleſiæ fuiſſe ſacrum, adductis jam lemmatibus docui, qvibus cum facit & ſimul illuſtratur ſeqvens ex Ol. ſ. h. locus p. m. 3. de baptiſmo Olavi Sancti, poſt Norvegiæ regis: Hrani mælti þetta, þá er ſveinnin Olafr var tekinn úr ſkírnar brunni, þryſvar, liós, liós, liós. i. e. *Cum puer Olavus è fonte baptiſmali tolleretur, Hrano ter effatus eſt, lux, lux, lux.* Nimirum hæc verba apertè præ ſe ferunt rationem faculæ baptiſmalis, cujus lumen Hranonis oculos perſtringens, dictam exclamationem illi ſuggeſſit, non obſtante qvod in his verbis aliqvid de futura pueri fide & pietate præſagium ſimul lateret, ut hiſtoriographus paulo poſt his verbis notat. Er þat fornt ordtæki, at þat er ſpátt er ſpakir mæla. i. e. *Veteri proverbio dicitur, qvod verba ſapientis praeſaga (vaticina) ſint.*

(*c*) Orationes ſacræ, qvas *fragm. J. E.* ſupra productum, veſtis albæ & faculæ baptiſmalis traditioni aſſignat, apud alios completæ leguntur; teſte Bingh, lib. XII. cap. 6. §. 2. veſtis luſtrica baptizatis cum his verbis tradi conſvevit. *Accipe veſtem candidam & immaculatam, qvam perferas*

feras sine macula ante tribunal domini nostri JesuChristi, ut habeas vitam aeternam, amen. Formulam cereis tradendis propriam Jo. Faes l. c. lib. III. cap. 21. exhibet. *Accipe lampadem ardentem, custodi baptismum, serva mandata, ut cum dominus venerit ad nuptias, possis ei occurrere.*

§. 12.

Inter hæc omnia sponsores baptizandis præsentes, sua iis, qvibuscunqve opus haberent, ministeria exhibuerunt, ex his præcipua fuere, baptismalis fidejussio, susceptio & nominis indicatio, qvorum primum sponsori utriqve, (*a*) secundum viris, (*b*) tertium speciatim foeminis convenit. (*c*)

(*a*) Sponsionem in baptismo, ut ambobus sponsoribus communem, libellus sanctæ fidei meminit, vid. cap. VII. §. 2. c. Hic vero sponsores, non pro adultis sed infantibus, verba & vota fecisse, ex rei probabilitate non minus qvam ritu peregrino colligo. Bingh. lib. XI. cap. 8. §. 8.

(*b*) Susceptio per se non adultos spectavit, hac opus vix habentes, sed infantulos, qvos patrini per actum integrum ulnis gestarunt, & susceperunt ex baptisterio. Hoc ultimum docet R. b. G. tit. 25. cujus verba alii loco reservo.

(*c*) Partes sponsorum ita ordinat R. b. Wästg. I. 1. fl. ubi susceptio viris, foeminis nominis indicatio demandatur: Präster skal barn döpa, oc gudfadher ahalda, gudmodher til namns sigia. i. e. *Pastor baptizet infantem, patrinusque sustineat, matrina nomen indicet.* Qvam distinctionem qvia externa ecclesia etiam observabat, patrinum à suo officio, ὑπόδοχον *susceptorem*, *gestantem* sive *offerentem*, matrinam *onomastam*, i. e. nominatricem, vocavit. vide G. Wilkii de *Fidejussoribus* §. 3. Verum tamen his non obstantibus, dicta sponsorum officia utriqve sexui non raro communia fuisse constat; saltem in casu extraordinario:

dinario: cum Magnus Bonus N. R. baptizaretur, Sigvatus ſponſor nomen paſtorem docuit, eoqvod Olavus Sanctus pueri pater tunc dormiret, & de nomine conſuli non poſſet: teſtibus H. K. VII. 131 & Ol. ſ. h. p. m. 255. Preſtrin mælti: Naudſyn ber nú til at barn þetta fái ſcírn, þvíat mer ſyniz þat lítils máttar; Sigvatr ſvarar, helldr vil ec hætta til þeſs attú ſcírir barnit, enn vecia konúngen, man ec ſitia fyrir ávítum, oc geſa nafn ſveininúm, oc ſva gerþo þeir, oc var þá ſveinninn ſcírþr med Magnúſs nafni. i. e. *Paſtor dixit: urget certe neceſſitas, ut infans baptiſmum mox conſeqvatur, nam exiguis viribus eſſe videtur; reſpondet Sigvatus, tutius judico ut tu infantem baptizes, qvam rex è ſomno excitetur, ego autem reprehenſionem ſolus ſubibo, & nomen infanti dabo: fecerunt ita, puerqve baptizatus eſt, & Magni nomen accepit.*

§. 13.

Abſoluto demum baptiſmi actu, ſacerdos ad ſponſores converſus, officia filio baptiſmali porro debita illos monuit, ſimul cohortans, ut cognationem ſpiritualem cum baptizato jam contractam, ſanctè obſervarent. (*a*)

(*a*) Sermonem coram ſponſoribus habitum ſiſtit *Fragmentum membranaceum* qvod in b. A. Magnæi capſis n. 687. formâ qvarti ſervatur: Sakir yckars embættis oc andlighs faðernis vid barnit, eru þid ſcyldugh at kenna því credo in dominum, pater noſter, ave Maria, oc barn ſcírnar ord, ef faðir oc móðir ero eigi til, ſva ero þid ſcyldugh at halda gudſiſiar vid barnit oc feðgin þeſs, þú oc cona þin N. eda bóndi þinn, ero i gudſiſtum vid barnit, oc feðgin þeſs, med því at þid hafit áðr líkamligha ſamankomit, bóen yckar getin oc ógetin ſcyldaz at halda gudſiſiar vid barnit. i. e. *Officii veſtri & ſpiritualis erga infantem paternitatis cauſâ, debetis illum docere ſymbolum apoſtolicum, orationem dominicam, hymnum ave Maria, & formulam paedobaptiſmi, ſi pater aut mater non ſuper*

ſuperſunt, ſic etiam obligamini, cum infante ejusqve parentibus cognationem ſpiritualem ſervare, tu enim N. uxorqve tua, vel maritus tuus, infantem & ejus parentes ſacra cognatione tangitis, ſiqvidem antea carnaliter conveniſtis; filii qvoqve veſtri, ſive nati, ſive nondum nati, cognationem ſpiritualem cum infante obſervare tenentur.

§. 14.

Cæterum, reliqvas cerimonias, qvibus exteri præter ſupradictas baptiſmum celebrarunt, noſtram eccleſiam noviſſe non certum eſt, ut oſculum pacis baptizatis figere, (*a*) mel cum lacte iis præbere manducandum, (*b*) & plura qvæ ſunt ejusmodi.

(*a*) Pacis oſculo, qvod ab addita pacis apprecatione ita dictum eſt, externa eccleſia recens baptizatos ſalutavit, utpote ab iræ ſtatu ad dei gratiam ſuamqve communionem receptos. Bingh. lib. XII. cap. 4. §. 5. Cum Jacobus Major jam ſupplicio afficiendus Joſiam qvendam baptizaret, mox oſculo pacis baptizatum excepit, ut narrant Poſt. ſſ. ſive acta apoſtolica, in hujus ſancti vitâ. cap. 5. Jacobr melti vid höggvandan, fær þú ockr vatn, fyrr en þú höggvir ockr, þá var þagat borin ſár fullr vatz, Jacobr melti, Joſias, trúer þú i nafni drottins vars Jeſu Criſts, ſonar Gudz lifanda, Joſias ſvarar trúir ec, þa helti Jacobr vatni yfir hann, oc melti, gef fridar koſs. Loco verſionis habebis ipſius pſeudo-Abdiæ verba, (apud J. A. Fabricium, in Apocryphis N. T. pag. 528.) unde illud noſtrum monumentum aliqva ex parte conflatum eſt: *Rogavit ſpiculatorem, ut aqvæ ei facultas fieret, & allata eſt ei lagena* (ſinum) *plena cum aqva, qvam accipiens apoſtolus, credis, inqvit, in nomine Jeſu Chriſti, filii dei* (vivi)? *at ille dixit, credo; & perfudit eum Jacobus, & dixit, da mihi pacis oſculum.* Propter hanc cerimoniam, Fidus qvidam epiſcopus, ſec. III. Cypriani ſynchronus, infantum baptiſ-

ma ad diem à partu octavum differri voluit, qvod ob immunditiam illos per primum octiduum oſculari qvisqve horruerit.

(*b*) Mellis loco & lactis, qvo novam baptizatorum nativitatem ſignificarunt, (Bingh. lib. XII. cap. 4. §. 6.) Romana hodie eccleſia agnum cereum iis offert. Fleiſch. lib. 1. cap. 7.

§. 15.

Qvò baptiſmi actus in debito honore ubiqve haberetur, ſuis locis conſtitutum eſt, ut, dum ſacerdos illum, ſive ad templum, ſive in villa qvapiam ruſtica adminiſtravit, interea domeſtici omnes devoti adeſſent. (*a*)

(*a*) Ita decretum ſynodale Ottonis Enaris, Epiſcopi Skalholtini Evangelici: Item var ſamþykt, at preſtar ſkiri börn vid kirkiu, oc þar ſe allir þeir vidſtaddir, ſem til mega komaz þar á kirkiubænum: ſömuleidis, þar ſem preſtarnir ero ſóttir at ſkíra liſlítil börn annarſtadar, þá ſe heima fólkit jafnan ſkyldugt, at vera þar ſem fleſt nálægt, á medan ſkírnar embættit er framit, ſo at þat megi frædaz ſem beſt um þat dyrmæta ſacramentum ſkírnarinnar, oc um þeſs gagn oc nytſemi. i. e. *Communi etiam conſenſu ſtatutum eſt, ut ſacerdotes ad templum pueros baptizent, hisqve ſacris inter ſint omnes, qvi accedere poſſunt, in ſacrae aedis villa commorantes; ſimiliter ubi ſacerdotes alio arceſſuntur, infantes imbecillos baptizatum, tenentur villae cujusqve domeſtici adeſſe, qvotqvot licet, dum baptiſmi officium peragitur, ut de hujus pretioſi ſacramenti naturâ, uſuque ejus & fructu, qvam optimè inſtituantur.*

Cap.

Cap. VII.

De Sponſoribus Baptiſmi.

Synopſis.

§. 1. Sermo de ſponſoribus repetitur. §. 2. Omnis baptiſmus deſideravit ſponſores. §. 3. Horum extra baptiſmum officia. §. 4. Dona luſtralia & pietas in baptizatos. §. 5. 6. Qvinam ſponſionem baptiſmi obiverint. §. 7. 8. Illa qvibus interdicta ſit. §. 9. Parentes ſuo infanti patrinos elegerunt. §. 10. Eorum numerus.

§. 1.

Cum præcedenti capite, qvantum iſte locus permittebat, de ſponſoribus dictum ſit, reſtat ut heic illud argumentum paulo uberius conſideremus. (*a*)

(*a*) Si vir & fœmina ſimul adeſſent, nobis dicti ſunt gudfedgin, *ſpirituales parentes*, vide cap. V. §. 2. (e) Latine *compatres, & parentes luſtrici* latius appellati, cum his qvoqve nominibus ipſe baptiſmi miniſter ſalutaretur: de uno cum ſermo eſſet, vir gudfadir, Agr. h. t. Anglo-Saxonice godborge, Latine *ſponſor, patrinus, ſuſceptor*, & communi cum baptiſta nomine, *pater divinus, compater vel propater:* Foemina gudmódir, A. R. J. Latinè *matrina, ſuſceptrix, onomaſta*, item, ut foemina qvoqve baptizans, *commater & parens myſtica.* Qvi ſuſcipiebatur, vir ſcírnar ſonr, Poſtula ſſ. Anglo-Saxonicè godſuna, fœmina ſcírnar dóttir, & gud-dótter, A. R. J. Latinè *profilius, & profilia*, item *filii luſtrici, initiales, myſtici.* Ubi tam baptizantis qvam offerentis reſpectus habebatur.

§. 2.

In baptismo non tantum ordinario, verum, si fieri posset, à laicis etiam peracto, adesse debebant sponsores, (*a*) qvi christianismi candidatis officia in hoc actu reqvisita ministrarent, (*b*) alii vero ac præsentes nunqvam sponsorum partes egerunt. (*c*)

(*a*) Qvanqvam laicorum baptismus non raro in casu necessitatis agebatur sine testibus, illi nihilominus, qvotiescunqve licuit, hic reqvirebantur, ut videmus ex K. b. Wåstgöt. l. 1. fl. ubi, si puero baptizando duo adstiterint, unus eum baptizare, alter tenere jubentur: händer thät sot a wägh, ok má ey til kyrkio koma, tha skal gud-fadher döpa, oc gudmodher a halda. i. e. *Si infans in via morbo corripitur, & ad templum deferri neqvit, patrinus tunc baptizabit, matrina vero suscipiet.*

(*b*) Patrinorum in baptismo officia supra descripsi, cap. VI. §. 12. hæc cum nostri memorant, seqventibus loqvendi formulis utuntur; at veita guþsifiar, at gera guþsifiar, h. e *spiritualem necessitudinem exhibere*, qvæ phrasis primæ signationis, baptismi, & confirmationis patrinis erat communis: at halda undir scírn, K. R. A., at halda til scíringar, K. R. H., *inter baptizandum tenere:* at halda undir vatn, K. R. F., hálda vid vatn, Ol. s. H. *sub vel ad aqvam tenere:* item simpliciter, at halda á, *sustinere*, Agr. h. t. at hefia or heidnom dómi, *ab ethnicismo elevare*, K. R. V. & Ol. s. H: (qvomodo Germani dicunt, Ein Kind heben), qvæ tamen nostra locutio sæpius actum baptizandi integrum significat. vid. cap. I. §. 1. (a)

(*c*) Ecclesia externa non tantum præsentes baptismi testes sponsorum nomine honoravit, sed interdum qvoqve absentes, qvi solennibus baptismi non interfuerant, missa iis veste lustrica, qvam cum certo ritu tangerent, compatres dici merebantur, vid. Jo. H. Boehm. J. E. *Protest.* lib. III. tit. 24. §. 33. ubi ex historia seculi VIII. exemplum adducitur.

Pipi-

Pipinus (Francorum rex) *linteum, in qvo filia ejus Gislana baptizata erat, Paulo pontifici* (hujus nominis primo) *miſit, qvod ſabanum vocarunt*; (σάβανον linteum poſt balnea uſitatum). *Paulus vero hoc ita ſuſcepiſſe dicitur, acſi praeſens regiam puellam è ſancto lavacro ſuſcepiſſet.* vide Diatriben *de Cogn. ſpirit.* cap. II. §. 3. (b)

§. 3.

Sponſorum ad ſacrum fontem ſuſceptum munus, hos qvoqve in reliqvum obſtrictos tenuit, ſiqvidem ſuum qvisqve filium initialem tam fidei elementis (*a*) qvam chriſtianis virtutibus bonisqve moribus inſtituere debuit. (*b*)

(*a*) Sponſores ſuis initialibus dogmata fidei tradere obligat. K. R. A. tit. 1. Hverr ſem gudſifiar veitti barni, er ſkyldr at kenna þvi credo oc pater noſter, enn fadir oc módir ero ſkyld at gæta fyrir allskonar líſs háſka. i. e. *Qvi in infantem ſacrae neceſſitudinis officia contulit, ſymbolum apoſtolicum & orationem dominicam ipſum doceat; pater vero & mater qvodvis vitae periculum ei cavere debent.* K. R. J. tit. 1. Hværr ſem gudſifviar vætter barni, er ſkyldughr at kænna credo oc pater noſter. i. e. *Qvi ſacram cognationem infanti exhibet, credo & pater noſter ei tradere tenetur.* vid. cap. XIII. §. 2. Nec tantum ſponſorum erat filiolos ſuos ſacris præceptis inſtituere, verum & deinceps admonere, ne illa oblivioni darent, qvare Hallfredum poëtam ſponſor ejus Olavus Tryggonis aliqvando ad reddendam rationem vocavit, num catechiſmum teneret, vide infra cap. XIII. §. 13. (a)

(*b*) Secundum Agr. H. E. ſponſoribus proprie competivit omnimoda teneræ Ætatis ad pietatem & virtutes informatio: Gudfadir ſá ſem áhælldr ſeter ſic i borgan vid Gud, oc vörzlo fyri þann ſem hann áhælldr, af þvi er han ſkyldughr at minna hann á, at han gǿymi ræinlifue oc rettvíſe, oc á at kænna hónum credo oc pater noſter, oc önnor kriſtiligh gǿdende. i. e. *Patrinus qvi ſuſtinuit, pro illo*

illo qvem sustinuerat, se vadem & praedem offert Deo, hinc ad conservandam castitatem, & aequitatem illum hortari debet, nec non docere symbolum apostolicum, & orationem dominicam, aliasqve christianismi bonas disciplinas.

§. 4.

Præterea illa, qvæ ex opinione seculi hic invicem coaluit, spiritualis parentela & cognatio, (*a*) non raro in sponsoribus erga filios initiales affectum & amorem vere paternum peperit, qvem ut illi testatum facerent, recens baptizatis dona interdum tulerunt, (*b*) omnemqve per vitam singularem in illos benevolentiam exercuerunt. (*c*)

(*a*) Meam *de cognatione spirituali* Diatriben, qvando lucem viderit, l. b. adeat.

(*b*) Suscepit passim ecclesiæ consvetudo, ut patrini profilios suos donis lustricis ornarent, ceu prodit Wilkius l. c. §. 19. Boehm. J. E. *Protest.* tom. III. lib. III. tit. 42. §. 44. 45., & deditâ opera Joachim *de Donis baptismalibus;* Nostris etiam veteribus hunc morem cognitum fuisse colligo ex H. K. lib. VII. cap. 148. Ubi de puella qvadam Thorâ, (post Haraldi Sigurdi filii reginâ) agitur, qvam Steno juvenis Islandus suscipiebat. **Scirdi prestr barnit, enn Steinn helt barnino undir scirn, het sû mær Þora, Steinn gaf meyunni fingurgull:** i. e. *Pastor infantem baptizavit, Steno autem illam ad sacrum fontem tenuit; haec puella Thora vocabatur, cui Steno aureum annellum dedit.* Pari ratione, nempe spiritualis cognationis titulo, Ludovicus Pius imperator Haraldo principi Dano (nostris **Herdr** dicitur **Ol. s. Tr.** impr. lib. I. pag. 68.) cui se sponsorem dederat, Frisiæ orientalis præfecturam concessit. E. Pontopp. *Annales eccl.* lib. 1. p. 24.

(*c*) Conspicuum sponsorum pietatis specimen exhibet **Ol. s. T.** m. sc. pag. 616. cum Hallfredus poëta homicidii reus, & supplicio addictus, nomi-

ne

ne lustricæ cognationis, à rege Olavo poenam capitis deprecaretur, hic non potuit, qvin supplicis precibus se clementem facilemqve daret, Sigurdo episcopo aulico stimulos illi addente. Hallfredr segir, minniz nú þess konúngr, er þer hafit mer því heitit, at segia mik ydur aldreigi af hendan, ella man nú verda skemri var samvista enn ek vilda at væri; siá er annar lutr til at telia, at þuer gudfadir minn, biskup mælti, fyrir Guds sakir herra, látid mannin nióta slíkra luta, sva stórra ok gódra; konúngr svarar, svo skal vera herra biskup sem þer beidit, ok bad leysa hann skiótt. i. e. *Tunc Hallfredus, jam recordare rex, qvod olim mihi promiseris, fore nunqvam, ut me à te abalienes, alioqvin nostra cohabitatio, citius qvam vellem, abrumpetur; altera ratio non minoris facienda haec est, quod tu compater meus sis; episcopus regi dixit, per Deum rogo domine, ut aliqvem tantae & tam insignis rei fructum hominem illum consequi facias: rex respondet, ita fiet domine episcope, ut postulas, deinde jubet, ut Hallfredus qvam primum vinculis solvatur.* Aliud non dissimile regis laudati exemplum in cod. impr. cap. 101. memoratur: cum Wandaliæ proceres illum exulem in regnum restituere volebant, ipse Olavum Sanctum, qvem in baptismo susceperat, rerum esse potiturum ratus, ab hoc eorum consilio abhorruit, negans se cum spiritualiter cognatis pro regno recuperando bella gessurum: Budo ríkis menn menn at efla hann aptr i land sitt, enn hann sagdiz æi vilia beriaz vid gudsifia sina, þvíat ec ætla, segir hann at Gud vili þeir hafi nú ríki i Norvegi. i. e. *Viri potentes suis viribus eum in regnum reducere pollicebantur, ipse vero respondit, nolle se, ut eum fratribus suis spiritualibus* (de summa rerum) *dimicaret, puto enim, inqvit, placere Deo ut Norvegiae regnum jam teneant.* Tanto patrinorum amori, filii qvoqve baptismales, horumve cognati, ut par erat, vicem sæpe reddebant, qvo qvidem nomine ante alios laudari meretur Norvega mulier Ragnhildis, Olavi Tryggonis de sorore neptis, & Thoræ, cujus nuper memini, mater; de hujus in filiæ sponsorem, grato animo audiatur. Ol. s. H. Ragnhilldr þackadi Steini forkunnar vel, oc het hanom sinni vináttu fullkominni, oc baþ hann koma á sinn fund, ef hann þættiz liþsemdar þurfa. i. e. *Ragnhildis Stenoni verbis concinnis gratias egit, suamqve integram amicitiam illi condixit,*

rogans

rogans ſuum conventum petere, ſi qvando cujusdam auxilii egeret, Nec his heroinæ promiſſis pondus & fides defuit; cum enim Steno læſæ regiæ majeſtatis reus, tutum receptum qværeret, Ragnhildis, ſacræ ſecum neceſſitudinis memor, profugum obviis ulnis excepit, eoqve facto, ſe & ſuam domum iræ regis magnoqve diſcrimini expoſut. Hujus farinæ multo plura habebis *de Cogn. ſpirituali.* cap. V. integro.

§. 5.

Hinc noſtri veteres id muneris haud promiſcue vel ſine delectu omnibus commiſerunt, ſed ante reliqvos piis hominibus, & doctrina ſacra probè imbutis, qvibus officii ſui rite implendi fides haberi poſſet. (*a*)

(*a*) Ut docenda ſponſores ipſi diſcerent, neceſſe fuit, qvo videlicet reſpectu gentiles & nondum confirmatos his partibus non ſufficere, rectè judicat Agr. H. T. p. m. 8., ubi de ſponſorum officio: Má þat æinghi hæiðin maðr giðra, því hann hefuir æingha kriſtiligha trú, ne ſá ſem æighi er biſkupaðr, því hann má æi fullkomligha kriſtinn-hæita. i. e. *Hoc* (qvod ſponſorum eſt) *nullus ethnicus praeſtare poteſt, cum chriſtianam fidem non habeat, nec ille, qvi nondum eſt confirmatus, nam omni ex parte pro Chriſtiano haberi non debet.* Hæc praxis & inſtitutum cum jam ſeculo IV notum & receptum eſſet, Auguſtinus in ſermone qvodam ſacro hic ad ſponſores dicit, (apud Wilkium *de Fidej. bapt.* §. 15). *Ante omnia ſymbolum & orationem dominicam vos ipſi tenete, & iis, qvos ſuſcepiſtis de ſacro fonte, oſtendite.*

§. 6.

Nec raro accidit ut benè natis, & honeſta conditione baptizandis, viri nobiles, vel ipſi non nunqvam principes, ſponſores qværerentur, (*a*) hi enim qvò præſtantiores fuere, eò major baptizandi honor cenſebatur. (*b*)

(*a*) Ip-

(a) Ipsum Olavum Tryggonis f. Norvegiæ regem è sacro fonte Olavum sanctum suscepisse, testis est Ol. s. H. cap. II. Var nú skírþr Olafr Haraldzson, sem aþrir, hann var þá þrevetr, oc veitti Olafr konúngr Tryggvason hanom siálfr gudsifiar, enn Sigurdr biskup skírþi hann. i. e. *Tunc Olavus Haraldi filius cum aliis* (Ringarikiæ incolis) *baptizatus est, cui rex ipse Olavus Tryggonis filius, se susceptorem praebuit, Sigurdus vero episcopus eum baptizavit.* Sveno Furcatæ barbæ, Daniæ princeps, Ottone IIdo, (sive ut nostri vocant Rufo) Germaniæ imperatore, patrino usus est, Ol. s. T. Ottònem III, sed Arnk. Cimbr heidenb. 6 B. cap. 10. §. 1. cum aliis Ottonem I. sive Magnum intelligunt. Parem qvoqve honorem ambivisse legimus Hallfredum Olavi Tryggonis poëtam, qvi hoc pactô fidem amplecti voluit, si rex ipse pro se in baptismo sponderet, Heimskr. lib. VI. cap. 89. Kostr man á því vera, at ec skal skíraz láta, ef þú konúngr siálfr veitir mer guþsifiar, af eingom manni vil ec þat óþrom þiggia; Konúngr segir, ec vil þat giöra, var Hallfreþr þá skírþr, oc helt konúngr hanom undir skírn. i. e. *Dabitur conditio ut baptizer, modo tu rex sacrae necessitudinis officium mihi praestes, hoc ab alio nemine recipiam; rex respondit, faciam: deinde Hallfredus baptizatus est, eumqve rex è sacro fonte suscepit.* O. M. *cap.* 36. rem his verbis narrat; Sva er sagt at Hallfredr giördi konúngi kost, at siálfr hann skylldi hallda hanom undir skírn, enn ellegar neitadi hann (at láta skíraz), enn konúngr vildi þat miklu heldr. reddit Transl. *Hallfredus regem obligavit, ut ipso teste baptismi sacris perlueretur, quod si denegaret, sacris nec initiari voluit, sed petitioni illius haud difficilem se praebebat rex.* In parentum qvoqve gratiam, eorum liberos viri nobiles hoc honore nonnunqvam dignabantur, ceu hodie non rarò usu venit. Ol. s. H. cap. 131. Þat bar til at Sigvatr skáld gat barn med einni kono, þat var mær, oc er sva sagt at Olafr konúngr oc Astriþr drottning veitto sva mikla virþing Sigvati, at þau heldo þesso barni til skírnar. i. e. *Accidit ut Sigvatus poëta infantem à qvadam muliere susciperet, sexu puellam; vulgo dicunt Olavum regem, & Astridam reginam, tanto honore Sigvatum mactasse, ut hunc infantem in baptismo tenerent*, qvam gratiam poëta hoc carmine celebravit:

Drottinn hiálp þeim er dœmir,	*Dominus* (rex) *auxilium eſt iis, qvibus imperat,*
dyrr er þinn vili minni,	*pretioſa voluntas tua eſt* (filiæ) *meae*
heim or heiþnum dómi	(hanc puellam) *domum* (in eccleſiam) *ex ethniciſmo*
hóf, oc nafn gaf Tóvu.	*ſuſtulit, & Tovae nomen impoſuit.*
Helt und vatr hinn vitri,	*Sub aqva ſuſtinuit ſapiens ille,*
(varþ ec þeim feigin harþa	(*ſui illo laetus valde*
morni) míno barni,	*matutino*) *meum infantem*
móþrackr Haralds bróþir.	*animo alacris Haraldi frater.*

(*b*) Magno ſibi honori duxit Hallfredus ſponſore uti rege præſtantiſſimo, ut in carmine qvodam ſuo ſignificat. Hallfr. ſ. membr.

Hlæt ek þann æztr var einna	*Nactus ſum eum qvi unicè ſummus*
(ek ſanna þat) manna,	(*hoc verum credo*) *hominum,*
und nid.byrþi norþra,	*ſub coelo boreali, exſtitit*
nordr guþfóþr vorþin.	*ad boream* (in Norvegia) *compatrem.*

§. 7.

Contra eccleſia vetus ſponſione baptiſmi prohibuit homines ethnicos, (*a*) & nondum confirmatos, (*b*) juxta cum omnibus fidei chriſtianæ rudibus, (*c*) nam ſicut baptiſmi laicalis procuratio, (*d*) ita illud ſuſceptorum munus, ante depoſitum diſciplinæ catecheticæ rudimentum, nemini credebatur, cum myſteriorum rerumqve ſpiritualium ſanctitatem nondum caperent; (*e*) accedente, ut ſuperius monui, qvod ſponſuros omnibus ſui officii partibus, adeoqve tradendis fidei elementis, pares eſſe oportuit. (*f*)

(*a*) Agr. h. t. vid. §. ſeqv. not. (b), Noſtris legibus conſenſerunt peregrinæ, ſic enim in conc. Moguntino conſtitutum eſt. *In baptiſmate vel chriſmate non poteſt alium ſuſcipere in filiolum, qvi non eſt ipſe bapti-*

baptizatus vel confirmatus: Wilkius *de Fidej. bapt.* §. 16. cui jungi poterit Jo. R. Engau. in *Elementis J. can* lib. I. §. 302. ſcribens, *communione eccleſiaſtica vel nunqvam gaviſos* (ethnicos) *vel iterum privatos* (excommunicatos) *lege pontificia hinc excludi.*

(*b*) Juniores ad ſuam qvisqve confirmationem catechumeni manſerunt; vide cap. XIII. §. 12. qvare, ob rationes modo delibatas, non confirmatis pro baptizando fidejubere non licuit, caventibus mox adducto conc. Mog. canone, & ex noſtris Agr. h. tr. vid. §. ſeq. (b).

(*c*) Impuberes, dogmatum ſacrorum notitiam nondum adeptos, nominatim excipit J. Canuti M. art. 22. *Imo nec ei* (cuiqvam) *licet officia & partes ad ſacrum fontem vel coram epiſcopo ſuſcipere, ni hæc* (ſymbolum apoſtolicum, & orationem dominicam) *prius perdiſcat, & pulcrè calleat.*

(*d*) vid. cap. II. §. 4.

(*e*) vid. §. 6. (a) collato cap. XIV. §. 11. (d)

(*f*) vid. §. 5. (a), item cap. XIII. §. 2.

§. 8.

Qvi præterea ex ſententia veterum, tanqvam minus idonei in baptiſmo, qvem offerre non poterant, fuere cælibes, (*a*) conjuges duo, (*b*) ipſi infantis baptizandi parentes, (*c*) & deniqve, ſi alii adeſſent, hujus conſangvinei, (*d*) qvos nimirum omnes cognationis ſpiritualis figmentum & vana religio, dicto ad ſacrum fontem munere fungi non permiſit. (*e*)

(*a*) Agr. H. T. vid. not. (b). In exotica eccleſia diu ſecus factum, ubi præcipue diaconi & diaconiſſæ ſponſiones baptiſmi obibant, donec medio ſeculo XVto ſynodus Antiſſiodorina conſtitueret: *Non licet abbati filium de baptiſmo ſuſcipere, nec monachis commatres habere.*

b) De conjugibus & aliis, qvos nominavi, ordinibus á fidejuſſione baptiſmi ſubmotis, locuples teſtis eſt, Agr h. tr. J nauðſyn má hverr maðr ſkíra - - - enn œighi er ſva um guðſifiuiar, þviat þat er fióra handa fólk at œi á guðſifiuiar at vœita, fyrſt er Aboti, Abbadis, broðir œða ſyſtir, oc alls kyns hrœinlífis fólk; annat fólk þat ſem œi ma guðſifiuiar vœita ero hœiðnir mœnn, þeir er œi hafua við kriſtnu tekit: it þriðia fólk ero þeir allir, ſem œi ero ſiálfir biſkupaðir - - - hit fiórða manna kyn, þat ſem œi má guðſifiuiar vœita ero tvð hión, þav ſem áðr eru ſamanbunden til hiúnſkaps, enn þav hallde á: i. e. *In caſu neceſſitatis cuiqve homini baptizare licet; - - - ſed qvoad cognationem ſpiritualem res aliter ſe habet: nam qvatuor ordinum homines ſunt, qvibus ſpiritualis neceſſitudinis officia præſtare non licet: primo abbas & abbatiſſa, frater aut ſoror*, (monachus vel monacha) *aliique omnes in caelibatu viventes: ſecundi generis homines à ſacra neceſſitudine prohibiti, ſunt gentiles, qvi chriſtianam fidem nondum acceptaverant: Tertii ordinis omnes ſunt nondum confirmati: - - - & quarta deniqve hominum ſpecies duo ſunt conjuges, qvi priusqvam* (baptizandum infantem) *tenuerunt, matrimonio conjuncti ſunt.* Conjuges, qvos cæteris noſter hic annumerat à ſponſione baptiſmi primus excluſit Urbanus II. vid, Diatriben *de Cogn. ſpirituali* cap. IV. §. 5. (b). nec apud nos hoc interdictum ſemper eodem rigore obſervatum eſt, cum exceptionem à regula faciat Olavi Sancti ejusqve reginæ factum, qvi unà filiam aulici ſuſceperunt. vid. §. 6. (a)

(*c*) Parentes ex hoc numero non bene expungit auctor proxime adductus, nam his qvoqve ſuos offerre filios olim majorum judicio grande nefas fuiſſe, exinde diſcimus, qvod *conſtitt. Lund.* in caſibus epiſcopalibus tradunt eum, cum aliis gravius peccantibus, ab epiſcopo abſolvi debere; *Qvi ſub baptiſmo aut confirmatione proprium filium teneat;* qvam

de

de sponsoribus cautionem, ut reliqvas tantum non omnes, nostratibus curia Romana dedit, cum anno 814 conc. Mogunt. hunc canonem cuderet: *Nullus proprium filium vel filiam ex fonte baptismatis suscipiat*; verum ante hæc tempora fere soli parentes pro suis in baptismo responderunt, ut G. Wilkius l. c. ex Augustino docet.

(*d*) Ut sponsor profilium suum remotiore carnis necessitudine attingat, non qvidem vetat, sed dissvadet Agr h. t. p. m. 8. Betr er at óskyldir mænn haldi á, ef til eru, enn skyldir. i. e. *Melius est, ut non cognati baptizandum teneant, si adsint, qvam cognati.* Ut igitur ex dictis fere patet, isti pariter omnes, qvos hactenus nominavi, in nostra, qvam reliqva occidentis ecclesia, fidejussorem baptismi raro vel nunqvam agere poterant, præter filii initialis consangvineos, qvibus exteros jus offerendi ademisse non legi; caeteris autem sponsione baptismi prohibitis annumerabant excommunicatos, & publice poenitentes. G. Wilkius l. c. & Jo. R. Engau. *Elem. J. can.* lib. 1. §. 302. qvi tamen ecclesiæ nostræ legibus, qvantum scio, nuspiam excipiuntur, qvanqvam eam talibus sponsorum partes dedisse, minime credendum est.

(*e*) Multæ ineptiæ, multa etiam in re communi incommoda, qvæ olim ex hoc superstitionis fonte manarunt, in opusculo meo de *Cognatione spirituali* de industria traduntur; qvæ vero hoc loco moneri nostrà maxime interest, seqventia sunt. 1) Qvamvis uni sponsorum cum altero nulla spiritualis cognatio intercederet, (vid. *de Cognat. spirit.* cap. III. §. 7.) tamen conjugium qvoddam spirituale illi mutuo inibant, nam profilii sui parentes mystici censebantur; hinc voto cælibatus obstricti, spondere non poterant, qvod hôc imaginario conjugio, non minus qvam carnali, abstinere deberent, accedente qvod hæc externa officia illos ab observandis suæ regulæ praeceptis avocarent. 2) Conjugibus junctim spondere interdictum est, qvod incongruum judicabatur, ut carnaliter conjugati, sacris jungerentur nuptiis. 3) Non convenire visum ut qvisqvam pro suo consangvineo sponderet, ne cum filio lustrico simul spirituali & carnali cognatione contineretur, qvam carnalium & spiritualium mixturam pro captu suo veteres oderunt. 4) Parenti filium susci-

ſuſcipere non licuit, α) qvod hac ratione filio naturaliter cognato, etiam ſpiritualiter cognatus fieret; β) qvod hinc qvoqve inter nuptos extaret ſpiritualis cognatio.

§. 9.

Cæterum ipſi baptizandorum parentes, qvas vellent perſonas ad hoc miniſterium domi eligere debebant, (*a*) ut juxta commune inſtitutum infantulis ad baptiſmum euntibus ſeſe comites præberent. (*b*)

(*a*) Ita R. b. Wåſtg. l. 1. ſl. Wårdher barn til kyrkiu boret, oc bedis kriſtnu, tha ſkal fadher oc modher gudfadhor oc gudmodhor til fa, ok ſalt ok vatn. i. e. *Si infans ad templum fertur, & baptiſmus poſtulatur, pater & mater patrinum matrinamqve acqvirant, nec non ſalem & aqvam.*

(*b*) Qvod baptizandos pro iis ſponſuri ad ſacerdotem ferre debuerint, ex R. R. V. tit. 2. diſcimus. Nú ſkal barn hvert bera til hafnengea, ſá karlmaðr oc ſú kona, er gera má guðſifuiar vit fóður barns oc móður. i. e. *Jam qvemvis infantem vir ille & fœmina ad elevationem* (Baptiſmum) *ferunto, qvibus neceſſitudinem ſpiritualem cum patre infantis & matre contrahere licet.* R. R. H. tit. 1. Sina fængerfór ſkal hvór kona vita, oc láta barn til kyrkiu fóra, oc ſkíra, ſcal því fylgia kona oc karlmaðr at væita guðſifuiar. i. e. *Qvaevis foemina ſui puerperii tempus cognoſcat, ſuumqve infantem ad templum ferri, & baptizari curet, qvem vir & foemina concomitentur, pro eodem ſponſuri.* Hac occaſione legeſis hiſtoriolam, ex Gudm. ſ. G. referendam infra, cap. XI. §. 9. (b) de viro & foemina, infantem ad baptiſmum laturis, qvi haud elegantem excitarunt tragoediam.

§. 10.

Qvod ad numerum ſponſorum attinet, hunc omni tempore non eundem fuiſſe comperimus, prima enim ætate

vir

vir unus hoc munus ſuſcepiſſe videtur, (*a*) deinceps duo, vir nempe & foemina, (*b*) qvin etiam duobus nonnunqvam plures, (*c*) donec leges eccleſiaſticæ, omnem qvi duos exceſſit ſponſorum numerum, ob incommoda inde nata, damnarent. (*d*)

(*a*) Monumenta noſtra, qvæ de primo agunt Chriſtianiſmo, unum ubiqve ſponſorem commemorant. e. c. Hialtonem Runolfi curionis, Ol. ſ. T. Ottonem caeſarem, Svenonis Furcatæ barbæ, Olavum regem Hallfredi, eundem qvoqve Olavi Sancti, ibidem, &c. in qvibus ſeptentrionales reliqvam eccleſiam ſine dubio imitati ſunt, qvæ teſte Binghamo (lib. XI. cap. VIII. §. 11) unum primitus ſponſorem in baptiſmo conſtituit, ita qvidem, ut pro maribus mares ſponderent, pro fœminis fœminæ, qvod in noſtris eccleſiis neglectum fuiſſe, Stenonis pro Thora ſponſio docet. revide §. 4. (b)

(*b*) Teſtis mihi eſt K. b Wäſtg. l. 1. ſl. vid. §. 9. (a), & fere omnes leges Svecicæ, K. R. V. vid. §. 9. (b), qvæ duos ſemper ſponſores nominant.

(*c*) Sponſorum numerum ſupra binarium ſæpe creviſſe, non obſcure innuit Agr. h. t. p. m. 7. Sifſkapir þeſsir ſæm her fylgia, ; ; ; verða millum þeſs er ſcírðr er, oc allra þæirra ſem á halda, hvart ſem þæir ero ſlæiri eða færri. i. e. *Quae ſeqvuntur cognationes, fiunt inter baptizatum, & omnes qvi ipſum ſuſtinent, ſive plures fuerint, ſive pauciores.* Præterea argumento interdicta ſunt, qvæ ſine neceſſitate promulgata, otioſa fuiſſent.

(*d*) Ne plures duobus ſpondeant, his verbis prohibent *Conſtitt. Lund.* in Stat. ſynod. *Item tantum duo patrini admittantur, ad levandum ſeu tenendum puerum baptizandum, ſub poena decem marcharum argenti, & hoc propter impedimenta prohibencia, & dirimencia matrimonia, inde proveniencia.* Ternarium numerum conc. Eboracenſe

racenſe præciſe definivit: *Statuimus ne in baptiſmate plures qvam tres ſuſcipiant puerum, maſculum duo mares & una foemina, foeminam duæ foeminæ & unus mas;* Tandem abolitâ catholiciſmi ſuperſtitione, cum ex ſponſione baptiſmali nulla ſpiritualis neceſſitudo emergeret, hæc veterum conſtitutio exolevit, nam rex beatus Chriſtianus Qvartus, in baptiſmo qvinqve eſſe patrinos, ſuo qvodam mandato permiſit. conf. *de Cogn. ſpirit.* cap. VIII. §. 3.

Cap. VIII.

De Veſte Alba Baptiſmi.

Synopſis.

§. 1. Præmonenda. §. 2. Hic ornatus omnibus baptizatis datus. §. 3. Qvalis fuerit. §. 4. Per ſeptiduum ferebatur. §. 5. Hoc tempus qvibus exercitiis conſumtum. §. 6. Albati conviviis excepti. §. 7. Veſtis albæ ſolennis depoſitio. §. 8. Veſtem albam ferebant morituri. §. 9. Catechumeni. §. 10. Dudum baptizati. §. 11. Hoc an fuerit ipſa veſtis baptiſmi. §. 12. Hujus religionis ratio. §. 13. Veſtis alba templorum. §. 14. Qvæ nunc vilior, tunc pretioſior. §. 15. Hujus ritus ſolennitas.

§. 1.

Nunc in ſcenam redibit ſupra obiter nominata veſtis alba; (*a*) cujus apud veteres, tam in baptiſmo qvam extra baptiſmum, varius finis & uſus ſeorſim deſcribi meretur. (*b*)

(*a*) Uſi-

(*a*) Usitatissimè vestis alba veteribus dicitur **hvíta voþir** *alba tegumenta,* alias skírnar klæði *vestis baptismalis.* Sc. A. skírnar kubl, *vestis baptismi cucullata. Fragm. J. E.* meinleysis stoli *stola innocentiae,* Stiorn: ut fere Willeramus apud Wachterum.

> *Scilicet una salus in te sanctis animabus,*
>
> *Qvas renovat lavacrum, vestit stola justitiarum.*

Latinis vocatur *alba vestis,* elliptice *alba,* & hinc *Gallis, une aube.* Vid. Lambecius ad Gwaldonem, nota 29. Observa vero, præter vestem baptismi, nomine hvíta-vaþir etiam venire templorum in encæniis peristromata, nec non sacram morientium vestem, ut pluribus infra monstrandum. Verum favente vocis sensu, potiusqvam usu loqvendi, albas episcoporum togas hvíto vaþir appellat b. fratris E. Olavii *carmen jubilaeum,* (Havniæ anno 1749 typis vulgatum), ubi in strophæ octavæ hemistichio:

Þaþann frá miturs meiþir,	*Post id tempus episcopi,*
Merktir stoþ hvíto voþa,	*Auctoritate sanctorum insignium,*
Manna forráþum reþo,	*Praefecturarum potestatem tenebant,*
Rognis hviþo oc friþi.	(Ut qvoqve) *belli & pacis.*

Versio auctoris, per synedochen generis, sancta insignia habet pro veste alba, qvâ episcopos interdum usos esse tradunt Stuckius Antiq. conviv. lib. II. cap. 26. Linckner de *veste alba* §. 9. & ex nostris vita Thomæ archiepiscopi Cantuariensis, de ipso scribens. Dagliga bar hann ytstan stola hvítan yfir öll sin klæði, til áminníngar, hvad er hann reiknaz Gudi skyldugr, oc ödrum til fagnaðar. i. e. *Quotidie super vestes reliqvas extremam gessit stolam albam, ut admoneretur sui erga Deum officii, & alios* (coloris ejus nitore) *exhilararet.*

(*b*) Ab alba veste vernaculo sermone denominantur 1) Hvíta-vika (ut qvidem vocant) *hebdomas alba,* qvæ festum paschæ proxime excepit, latinè *septimana in albis,* & *albæ dies,* item *albi pascales,* sic enim Art. J. E. *Consecratio virginum* (Nonnarum) *fiat postridie epiphaniarum, in albis paschalibus, id est in tota septimana pa-*

P *scali,*

scali, & in apostolorum natalibus. 2) Hvíti dagr vel Hvíti Drottins dagur, *Dominica in albis*, qva vestem candidam deponebant paschate initiati, Linckner de V. A. §. 5. Facs de cereis bapt. lib. III. cap. 30. 3) Hvíta sunna *sol albus* i. e. pentecoste, olim sub primaevo christianismo *festum album* vocata, Arnk. cimbr heidenb. 1 B. cap. 8. §. 5. Norvegi hodierni pari ratione vocant, qvissenhelgen, i. e. hvita helgi, qvod tamen pro novo & peregrino vocabulo habet, & à Græco χύσις (qvasi sit festum effusionis Spiritus sancti) non bene derivat E. Pontopp. in Gloss. Norv. p. m. 85; Festi enim appellatio inde deducenda, qvod hujus præcedens vigilia, sicut illa pascatis, baptismo & vestis albæ primo usui destinaretur, vid. cap. IX. §. 3. Qvamvis non rarò pentecoste, communi cum dominica in albis nomine, audiat hvitr, & hvíti-dagr, freqventius in plurali, hvítu dagar, ubi tres feriæ intelliguntur. K. R. A. Lavgardag fyrir hvíto-daga skulo menn fasta þurt, enn hvít drottens dag er skyldt at halda sem páska dag. i. e. *Die Saturni, ferias albas proxime praecedenti, omnes siccè jejunent* (i. e. cibis humidis, mollibus, succulentis abstineant), *sed alba dominica* (feria pentecostes prima) *ut primus paschæ dies observetur.* 4) Ab alba veste nomen habent hvítir menn, *homines albi*, qvomodo Christiani, ab accepta post baptismum candida veste, olim dicti sunt, ut ex Landn. b. lib. II. cap. 22. Laxdæla s. cap. 59. colligimus. Exteri qvoqve *albatos* latine vocabant, teste Alcuino (apud Faes lib. II. cap. 15.) *Albati*, inqvit, *propter vestes albas* (Christiani) *vulgo appellantur.* Alcuino addendus est Rimbertus in vita Ansg. cap. XXI. n. 15. nec non Lambecius & Arnkiel locis citatis. 5) Et ultimo hvíta kristr, *Christus albus*, qvomodo à gentilibus & ipsis interdum Christianis Salvator dictus est, qvod eum homines *albi* colerent, & Deum confiterentur, nisi hanc eponomiam ab olim prædicata formæ ejus gratia & majestate deducere malis, qvemadmodum & alii, Albi cognomentum ferentes, id à pulcritudine traxisse videntur, ut Absalon Hvíti, archiepiscopus Danus, Saxo. lib. XIV. Ivar Hvíti, Noregs k. ss. cap. 41. Þorsteinn Hvíti, vid. Egla cap. 55. coll. cap. 60, & missis plurimis aliis. Helgi Hvíti, de qvo Ol. s. h. p. m. 280. Helgi átti kenningar nafn oc var kalladr enn hvíti, oc var hanom þat eigi avknefni, því hann

hann var væn maþr oc vel hærþr, hvítr á hár. i. e. *Helgo cognomen habuit, albus vocatus, neqve id immeritò, nam fuit formâ elegans, pulcrâ caesarie & albicomus.* Sic in Edda Sæm. liós *lucidus*, hvítr *candidus*, virginum epitheta non raro sunt; Facillimè tamen inducor ut credam, album vocari Salvatorem sanctitatis vel innocentiæ causa, fere ut lat. *candidus;* sic Heimdallus, deorum gentilium unus, hviti ás, *divus albus*, & Heimdallr hvítastr ása, *divorum candidissimus* vocatur, rationem reddente Edda fab. 25, qvod sanctus esset, & alba præcordia gereret.

§. 2.

Vestem albam, cujus sacrum usum inde à primis seculis Christiani servarunt, (*a*) pariter in nova nostra ecclesia uterqve sexus, (*b*) & omnis ætas post baptismum gestavit. (*c*)

(*a*) In confesso est, qvod sec. IVto baptizati veste alba usi sint, qvin asserunt qvidam eam ipso apostolorum aevo fuisse usitatam, vid. Linckner de V. A. §. 6. 7. 8, ubi satagit persvadere, vestem baptismalem respici dicto Paulino, Gal. 3. v. 3. *Qvotqvot baptizati estis Christum induistis.*

(*b*) Foeminas qvoqve V. A. in baptismo gessisse, siqvis probari velit, relegat locum ex Ol. s. T. supra adductum, cap. VI. §. 10. (a), ubi vetulæ Islandæ à Thangbrando baptizatæ in exemplum sumuntur.

(*c*) Ignorat nemo vestem albam gessisse adultos, qvod vero infantum item fuerit, ex iis concludimus monumentis, qvæ christianismo stabilito, & hinc adultis vix amplius baptizatis, usum vestis candidæ superstitem ostendunt; talia sunt: Stiórn in Genesi, vid. §. 2. (b) K. R. S. lib. II. tit. 8. K. b. G. L. tit. 25. Sc. A. vid. cap. II. §. 12. (b). Qvæ omnia loca de hoc vestimento loqvuntur, tanqvam à pueris induto: cætera pri-

mus christianismus in similem modum suos exornavit baptizatos, & hinc λευχειμονȣ̃ντες, & gregem Christi candidum vocavit, qvod qvidem nomen & cerimoniam ad infantes non secus ac adultos pertinuisse, docet Bingh. lib. XII. cap. IV. §. 1.

§. 3.

Vestis baptismalis caput & corporis reliqvi partem symbolicè obvolvit, (*a*) ut totum hominem, qvoad corpus & animam, jam sanctificatum, & à peccatis purgatum esse significaret. (*b*)

(*a*) Auctores nostri qvamvis aperte non doceant qva forma fuerit vestis alba, illud tamen qvodam modo discere est ex ejus nominibus, cum dicatur stoli stola, & cubl cucullus, vestis demissitiæ genus, cui superne capitium assuitur. vid. Gloss, respicit ex parte hanc vestis albæ formam Dist. IV. can. de V. A. ubi: *Tegitur post sanctam unctionem caput ejus* (baptizati) *mystico velamine, ut intelligat se diademate regni, & sacerdotali dignitate potiri.* Sic etiamnum apud Islandos vestis baptismalis, scirnar kubl dicta, infantum caput humerosqve tegit.

(*b*) Jus Can. l. c. *Post baptismum traditur Christianis vestis candida, qvæ significat innocentiam & puritatem christianam, qvam post ablatas veteres maculas, studio sanctæ conversationis, immaculatam servare debent, ad repræsentandum ante tribunal Christi.* V A. mysticum sensum tangit ex nostris Stiórn in Genesi: Jesus Kristr lifanda Guds son, frelsadi oss á hinum setta heims alldri, fyrir heilaga scírn, af þessi útlegd, at aptr goldnum meinleysis stola, þat er at scilia, varo flecklavsu oc hvitu skírnarklædi, fyrir hvert er vær sculum vænta varum sálum hiálpar oc hvíldar, oc eylífrar ômbunar, eptir vort andlát. i. e. *Jesus Christus vivi Dei filius sexta mundi aetate liberavit nos ex hoc exilio, per sanctum bapt-*

baptismum, stolá innocentiae nobis restituta, scilicet nostrá immaculata & alba veste baptismali, per quam speranda est animabus nostris salus, qvies, & aeterna remun:ratio post mortem. Etiam ad albam maximè vestem referri potest, qvod alibi habet idem elegantissimus auctor. Eigi stodar mykit ne stettir hinn ytri skrúdinn, synandi á ser sœmdar fegurd oc formeran, ef mannsins hugr oc hiarta fleckaz oc fölnaz af nockurri synda sœrgun, því at hinn ytri fargligr oc skartsamligr skrúdi er til þess skipadr oc tendradr, at birta medr manninum hinn innra, þat er andarinnar prísø oc prydi. i. e. *Certe parum prodest & conducit ornatus exterior, ambitioso superbiens splendore & formá, si hominis animus & cor aliqva peccatorum sorde polluitur & defloratur; nam ille exterior nitens & decorus ornatus propterea institutus & exqvisitus est, ut declaret illum hominis interiorem* (ornatum), *hoc est animae honorem & decus.* Addam versus, satis licet notos, ex lepidissimo Lactantii carmine de resurrectione.

Rex sacer ecce tui radiat pars magna trophæi,
Cum puras animas sacra lavacra beant.
Candidus egreditur nitidis exercitus undis,
Atqve vetus vicium purgat in amne novo.
Fulgentes animas vestis qvoqve candida signat,
Et grege de niveo, gaudia pastor habet.

§. 4.

Tempus ut determinem, qvod albæ vestis usui datum est, nostri majores hic, ut fere alias, in mores Romanensium abibant, cum à baptismo hebdomadam unam sive septem dies candidati comparuerunt. (*a*)

(*a*) Qvod tam adulti qvam infantes veste illa baptismali per tempus brevissimum usi sunt, vel exinde constat, qvod talis ecclesiæ ornatus usui con-

continuo non esset accommodatus; hoc ipsum qvoqve colligere est ex Ol. f. T impr. lib. II. cap. 24, ubi rex domo profectus, qvosdam recens baptizatos comites itineris habuisse dicitur, qvod haud fieri potuisset, si albam vestem adhuc gerentes, sacris disciplinis vacassent, dicti tamen temporis tractus qvantus fuerit, nostræ antiqvitates aperte non indicant, si exceperis Stiorn in Exodo, cujus testimonium §. seqv. depromet, hic enim septiduum stricte & exacte definitur, qvod & exteros jam dudum servasse, cum Albino mox audiendo, docet Rhabanus Maurus, sæc. IX. celebris scriptor, cujus verba J Faes exhibet, lib. III. c. 39. *Has septem dies albas vocitamus, propter eos qvi in sancta nocte baptizati, albis per totam hebdomadam utuntur vestibus.* confr. Linckner de Veste Alba §. 5. 6.

§. 5.

Per septiduum illud, qvo neophyti vestem albam trahebant, nunc domi sedentes fidei rudimenta animis mandarunt, (*a*) tunc extra domum magna cum pompa albati & hymnos canentes per templum & plateas qvotidie ducti sunt. (*b*)

(*a*) vid. cap. XIII. §. 10.

(*b*) Exteri hoc septidui spatio pompam illam sacram ducentes, cum albis suis cereos qvoqve in baptismo acceptos intra templum & extra ferebant, docente Jobio apud Weignerum *de Indumento baptismi* sect. II. §. 19. *Illuminati* (i. e. lumina ferentes) *catechumeni diebus septem candidati incedunt:* Faes qvoqve citati operis lib. III. cap. 28. 29. 30. hoc affatim monstrat, inter alia hunc locum adducens ex Alcuino, *de officiis divinis. Octo dies* (die connumerata, qvà vestis alba deponebatur) *neophytorum, cursum præsentis vitæ monstrant, sicut enim Hebraicus ille populus transito mari rubro, columnâ ignis sibi præcedente noctu, per omne iter in terram repromissionis triumphans*

phans de hostibus introiit, ita nostri baptizati, extinctis peccatis præteritis, ducuntur cotidie ad ecclesiam, (i. e. in templum) *columnâ cerei illuminata præcedente eos.* Ex nostris scriptoribus hanc cerimoniam solus tangit, & qvadantenus describit liber Stiórn in Exodo, ubi Alcuinum seqvens, hoc incessu circa fontem s. Israelitarum itinera notari & repræsentari dicit, ut nullus dubitem, qvin processio illa baptismalis, cereis albaqve veste insignis, ibidem respiciatur; loci citati verba sunt. **J minning oc merking þessarar þeirra göngu oc gördar, göngu ver oc páleidis hina fyrsto seó daga um fontin, syngvandi, sva sem ver höldum vara paska.** i. e. *In hujus ambulationis & actus memoriam atqve imitationem, nos qvoqve similiter primo septiduo* (post baptismum), *circa baptisterium ambulamus canentes, qvando pascha nostrum celebramus.*

§. 6.

Præterea, maxime in principum aulis, mos qvondam obtinuit, ut ad ecclesiam accedentes honesti ordinis viri, tempore qvod vesti albæ & exercitiis catecheticis dederunt, familiaribus conviviis & aliis oblectamentis liberaliter adhiberentur. (*a*)

(*a*) Snorro Sturl. lib. VI. cap. 88. **Annan dag eptir var Kiartan skírþr oc Bolli Þorleiksson frændi hans, oc allt föruneyti þeirra, var Kiartan oc Bolli i boþi Konúngs meþan þeir varo i hvíta vaþom, oc var Konúngr allvel til þeirra.** i. e. *Postridie Kiartanus, ejusqve cognatus Bollo Thorleiki filius, cum toto ipsorum comitatu baptizati fuere; Kiartanus & Bollo, qvamdiu albis usi sunt, in convivio regis versabantur, qvo tempore illos humanissime habuit.* Testis etiam mihi est Ol. s. T. qvæ lib. II. p. 7. duos australes Norvegos commemorat, qvi statim post baptismum, ab ipso rege apparatis epulis excepti sunt, & qvoad in albis fuere, laute vixerunt. vid. cap. XIII. §. 10. (b). ubi locus citatus legitur, hujus moris mentionem qvoqve agitat, & ratio-

rationem qvadantenus reddit O. M. cap. 25. p. 107. cum de iisdem Norvegis albas ferentibus scribit. Let konúngr þá sitia yfir siálfs síns bordi i miklum veg, oc syndiz hanom þat makligt at þeir menn er þá höfdo tekit af hans fortölu erfd himnestrar arfleifdar, at þeir tæki med hanom hátidligan fagnat, oc konúngligt bod oc vináttu. vertit transl. paucis mutatis. *Mensae suae illos jam honorifice accumbere rex permisit, qvippe convenientissimum illi visum, ut qvi svasu illius coelestium bonorum haeredes facti essent, cum ipso festivis gaudiis & regio convivio tanqvam amici fruerentur.*

§. 7.

Ut jam ad definitum temporis spatium vestem lustricam baptizati gestaverant, ipsam ope pastoris, & alterius cujusdam præsentis, festivè deposuerunt. (*a*)

(*a*) Ut vestis albæ assumtio ita qvoqve hujus depositio sacra & solennis fuit, Bingh. *Origg. eccles.* lib. XII. cap. IV. §. 3. & Jo. Wegnerus de *Indum. baptismali* sect. II. §. 19. ubi de vestis albæ solenni depositione Augustini verba ex sermone *Octavâ Paschae* allegantur. *Pascalis solennitas hodiernâ festivitate concluditur, & ideo hodie neophytorum habitus commutatur, ita tamen, ut candor, qvi habitu deponitur, semper in corde teneatur;* hinc sacra qvædam cognatio, ex hoc exuentis, æqve ac illo spondentis, ministerio interdum enata est, ut in tractatu de *Cognatione spirituali* docebo cap. II. §. 4.

§. 8.

Cum vestis lustrica sanctitatem baptismo partam notaret, eaqve induti mundi & sancti haberentur, (*a*) veteres illum suis supremis optimè consuluisse judicarunt, qvi albatus de vita exivit. (*b*)

(*a*) vide

(*a*) vide supra §. 2. (b)

(*b*) De mortuis in hvita vaþum, sive *Albis vestibus*, A. Esse, sub viri illustrissimi Jo. Ihre præsidio, anno superiore Uppsaliæ disseruit, ubi recte probatur eos oleum & operam perdidisse, qvi de industria in hoc vocabulo nomina locorum qvæsiverunt, moti cenotaphiorum in Upplandia titulis runicis, qvi nonnullis extra patriam in alba veste (i hvita vathum, sita fathum, vita houm) mortuis inscribuntur. Dicta ergo dissertatio fini suo & instituto satis fecit, cum demonstret voculam hvita vaþir non nomen loci, sed vestem illam baptismalem fuisse, quam neophyti in fine vitæ gestarint, adducto ex Ol. s. T. Bardi Crassi exemplo; qvin occasionem dedit elegans illud opusculum, ut pro sententia qvoqve mea hoc comma retractarem, qvatenus illud paulo altius discuti & considerari meretur, si ritus diversa subjecta, occasionem & finem spectamus: me igitur actum agere nemo judicet, qvod pauca, qvæ hujus loci propriè sunt, ex meo adjiciam.

§. 9.

Ad mortuos in albis referendi sunt primo catechumeni, qvi, cum vestem baptismalem adhuc ferentes, morbo ancipiti corriperentur, hæc novæ sanctitatis insignia, ad extremum usqve spiritum retinere voluerunt. (*a*)

(*a*) Catechumeni in albis mortui, maximam partem fuere, qvi baptismum ultimæ ætati suisqve novissimis libero consilio reservarunt, vid. cap. seq. §. 1. hoc institutum apud Danos Christianos, olim sec. IX. Ansgarii tempore adeo invaluit, ut eorum plurimi demum senes baptizarentur, & in albis occumberent, scribentibus Rimberto in vita Ansg. cap. 21. & Gvaldone Rimberti paraphraste cap. 51.

Sed cum post undam lavacri superesse qvibusdam
Contigerit, niveis pars magna migravit in albis.

Locus de clinicis agit, cujus hic sensus est: siqvi à baptismo aliqvantisper vixere, paulo postea mortui sunt, dum albas adhuc ferebant. qvanqvam recens conversis hujus religiosi ritûs occasionem non raro præbuit mors superveniens; Toconem, de qvo alia occasione dixi superius, hos inter refert Ol. s. H. p. m. 204. **Konúngr varð þvi glaþr, er Tóki vildi scírn taca oc Guþi þióna, var Tóki siþan scirþr af hirðbiscupi Olafs konúngs, oc andadiz i hvítavaþum.** i. e. *Rex eo gavisus est, qvod Toco sacro fonte initiari, Deoqve servire vellet: deinde Toco ab aulico regis Olavi episcopo baptizatus, & paulo post in albis mortuus est.* Accedit Bardus Crassus supra qvoqve memoratus, de qvo Ol. s. T. impr. ll. p. 41. & Þorv. s. Tas. p. 6. **Litlu siþar en Bárðr var scírðr, tóc hann sótt óc andadiz i hvíta vaþum.** i. e. *Bardus paulo post suum baptismum morbo correptus est, & in albis exspiravit.* Qvin etiam vero consentaneum est, qvod pari ratione morti se pararint, qvotqvot mox à baptismo fatis functi esse feruntur, e. c. Ingibiarga, Hallfr. s. p. m. 26. Gestus Bardi filius, hujus vita, cap. ult. Valgotus dynasta Svecus, de qvo Ol. s. H. p. m. 190. **Valgautr var maþr hundheiþinn, oc feck hann scírn áf orþum konungs, oc andaþiz þegar er hann var scírþr.** i. e. *Valgotus a fide Christiana canis instar alienus fuit, sed tamen verbis regis* (Olavi Sancti) *permotus, baptismum accepit, & cum baptizatus esset, mox mortuus est.* Deniqve similem stolæ baptismalis usum (notante illustrissimo Ihre) externa qvoqve ecclesia novit, ut ex Paulo Diacono sive Warnefrido constat, ubi de Theodaldo (al. Cedoaldo) Anglosaxonum rege nuper converso, & mox post baptismum mortuo, scribit, *de gestis Longob.* lib. VI. cap. 15. *Is cum Romam pervenisset, à Sergio papa baptizatus Petrusqve est appellatus, & adhuc in albis constitutus, ad regna coelestia migravit:* ex qvibus videre est, qvod historici veteres, in albis qvem mortuum esse perhibentes, non tam mortis tempus, (qvod forte aliqvis putabit) qvam tempore mortis servatum ritum indicent.

§. 10.

Hoc catechumenorum exemplo egerunt alii multi, qvi longo post baptismum tempore, cum decumbentes supre-

premum vitæ diem adesse putabant, repetiverunt hæc galbana sua, indutiqve illis, allacri animo viam lethi calcarunt. (*a*)

(*a*) Præter catechumenos & novos fidei confessores, die suo emortuali albas qvoqve ferebant homines dudum baptizati: horum aliqvot nominant epitaphia, lapidibus sepulcralibus incisa, qvæ celeberrimi Sveci N. R. Broeman, in suo de *Runarum antiqvitate discursu* cap. VI. & post illum Jo. Ihre, citatâ differt. in medium afferunt, & pro sua singuli sententia explicant: ego brevitatis causâ tantum duabus ejus generis inscriptionibus hic locum dabo, qvarum priorem cippus Norundensis in Uplandia his verbis sistit: Sihvastr uk Bratr uk Kitil Elhas. lit rita stin istir Antvit sun sin, sum taudr (var) i hvita-vathum, kristr jalbi sial Antvita. i. e. *Sigvastus Bratus & Kitillus Helgii filius, curarunt sculpi lapidem, in memoriam Antviti filii sui, qvi in vestibus albis occubuit; Christus animæ Antviti opem ferat.* Secundum monumentum in ejusdem provinciæ territorio Trögd visitur, cum hoc titulo: Igilaif let rasa stn at Bruna boanta sin, han varth tauthr á Tanmarku i hvita vathum, Bali raisti. i. e. *Ingeleifa lapidem erigi fecit Brunio marito suo, qvi in Dania in vestibus albis mortuus est; Balius exaravit.* Hæc epitaphia si maturo jam christianismo tribuamus, isti in albis mortui certè catechumeni non erant, qvi enim in ecclesiæ gremio nati, infantes baptizabantur, adeoqve annis jam provecti, albam vestem ferre non poterant, tanqvam ex sacro fonte recentes; adde qvod baptismum in longum differrent, soli à gentilismo conversi. Aliud argumentum, qvo mos ille religiosus dudum baptizatis vindicatur, habemus in vazdæla s. cap. 42. Olafr á Havka-gili var scirþr oc andaþiz i hvíta vaþum. i. e. *Olafus Haukagili habitans baptizatus & in albis mortuus est.* Hic Vestem baptismalem in morte gessisse legimus Olavum, Islandiæ Occidentalis civem, qvi tamen conversioni suæ & baptismo aliqvandiu superstes fuit, sacramqve aedem domi condidit: docente Ol. s. T. m. s. p. m. 454. Olafr á Havka-gili tók scírn, let hann þa kirkiu gera á bæ sinum, enn Þorvaldr feck hanum viþinn til. i. e. *Olavus Haukagili habitans, cum baptismum susceperat,*

 rat,

rat, juxta villam suam templum erexit, Thorvaldus vero (Olafi gener) in hunc usum ligna suppetitavit. Oportet ergo qvod Olavus aliqvanto post baptismum tempore in albis mortuus sit, cum baptismo initiatus tantæ molis opus absolveret. Deniqve extra omne dubium hanc sententiam ponit Viga-Glums s. qvæ tribus post baptismum annis Glumum albatum de vita migrasse perhibet diserte, cap. 28. Þá kristni kom út higat, tók Glúmr skírn oc lifþi þriá vetur síþan, hann var biskupadr i bana-sótt af Koli biskupi, oc andadiz í hvíta vaþum. i. e. *Cum christiana religio in hanc insulam veniret, Glumus baptismum recepit, & postea tres degit annos, tandem in supremo morbo à Colo episcopo confirmatus est, & in albis vestibus obiit.* Glumum hic occasione confirmationis vestem albam non gessisse, videbis infra cap. XIV. §. 5. siqvis tamen de hac re sentit aliter, per me qvidem suo judicio stabit.

§. II.

Illud veterum Christianorum ferale amiculum, de qvo hic loqvimur, ipsam vestem baptismalem fuisse, non est cur dubites, (*a*) hoc enim vel ex ipsa nominis communione satis probatur, nec alioqvin à vero abhorret. (*b*)

(*a*) Candida morientium toga qvalis fuerit me latet, si vestem baptismalem non intelligamus, scio qvidem Christianos, morte præsente, habitum à baptismali diversum non nunqvam assumsisse, nempe vestem monasticam, qvæ vero alba, qvantum mihi constat, nostris nunqvam fuit, sive dicta est. Knytl. s. 125. Sverris s. 115. ubi de Erico comite Norvego legimus. Er sóttin dró at honum, gaf hann sic til munklífis, oc tók múnka klæþi, hann andadiz þá hann hafdi legit fimm nætor. i. e. *Morbus cum ingravesceret, vitæ monasticae addixit se, cucullumqve assumsit, mortuus est postqvam qvinqve noctes decubuerat.* Novit etiam ætas superior aliud qvoddam sacri vestimenti genus, qvô ægrotos, post datum unctionis extremæ sacramentum, velavit; verum nec tale qvid locis citatis vestis albæ nomine intelligi crediderim, cum illa unctionis extremæ vestis ante mortem deponeretur, ut discimus ex Pauli

epi-

episcopi Skalholtini vita, ubi mors ejus & morientis pietas his verbis laudatur: Hann var oleadr Octabo dag Martini, enn ádr hann væri smurdr helgu vid-smióri, mælti hann miöc lángt mál, at dæmi hinns sæla Þorláks biscups: eptir þat hann var oleadr, vard nockut ren á sóttinni, uns hann fór úr smurningar klædunum, oc tvær nætur sídan. i. e. *Unctionem extremam octavo die post Martini festum* (tertio iduum Novembris), *recepit, verum antequam sancto chrismate delineretur, beati Thorlaci episcopi exemplo longum sermonem habuit - - - - cum unctus jam esset, aliqvam morbi remissionem sentiebat, donec vestes ungventarias deponeret, & abhinc usqve in tertium diem.*

(*b*) Qvemadmodum confirmandus, ejusve parentes, confirmationis redimiculum parare tenebantur, cap. XIV. §. 3, ita verisimile est qvod baptizandi olim, ut hodie suis locis fit, vestem lustricam ipsimet prospexerint, qvam adeoqve in dictos pietatis usus servare facile poterant.

§. 12.

Qvantum ad dictæ consvetudinis rationem & scopum, illud fidei signum, qvod qvisqvam receperat in baptismo, gessit moriturus, ut Deo & hominibus probaret se mori Christianum, fidemqve & foedus die lustrico receptum, etiamnum die supremo servare: (*a*) qvin etiam vestis alba spem addidit morientibus, cum per hanc crederent se coram tribunali divino sanctos & puros judicari, (*b*) qvasi animabus corporum vinculo solutis, sedesqve beatas ingredientibus, aliqvid corporei cultus & nitoris analogon inhæreret. (*c*)

(*a*) Hanc religionem insedisse veteribus, eo minus dubito, qvod ejus qvalecunqve vestigium proxima nostræ memoriæ tempora servarint, in exemplio illius Thuringi, de qvo Feisler in *Theatro Morientium*, cap. 22.

Jener frommer Christ zu Gotha, da ihm bey schwerer Leibes Schwachheit die Sprache entfallen wolte, zog er sein Westerhemdlein herfür, und gab zu verstehen, er tröstete sich mit Glauben des Bundes, darinnen ihn Gott bey seiner Tauffe angenommen, und hoffe ein Kind Gottes und Erbe der Seligkeit zu seyn. More meo vertam: *Qvidam pius Christianus Gothæ, cum illi* (morituro) *ex magna corporis infirmitate pene sermo perierat, vestem suam baptismalem produxit in medium, & significavit esse sibi solatio fidem foederis, in qvod per baptismum Deus illum receperat, & credere se qvod filiolus Dei & haeres salutis esset.*

(*b*) Postulavit formula, vestis albæ traditioni addita, ut eam neophytus in coelos inferret immaculatam, vid. cap. VI. §. II. (c). qvod præceptum cum vitam innoxiam & animæ sanctitatem notaret, ad verbalem tamen sensum rapuit caeca superstitio.

(*c*) Incido iterum in Theodoaldi mentionem, qvem, qvod in albis mortuus esset, coelos albatum intravisse memorat ejus epicedium, cujus versiculi illi sunt.

Unda renascentem (qvæ Christi gratia) purgans,
Protinus albatum vexit ad alta poli.
Candidus inter oves Christi sociabilis ibit,
Corpore nam tumulum mente superna tenet.

Videatur Lindebrogius, ad P. Diaconum l. c. Similiter de Danis in alba mortuis scribit Rimbertus, *vita Ansg.* cap. XXI. *Cum multi inibi baptizati supervixerint, innumerabilis tamen albatorum multitudo exinde ad regna conscendit coelorum.* Ex utroqve loco videre est, qvod crediderint vestem albam vel ejus qvalemcunqve umbram fidelibus mortuis signum & testem sanctimoniæ coram Deo futuram: hunc ipsum usum & effectum habere qvoqve credebatur vestis monastica, die mortis, ut ante dixi, induta; qvod plus satis ostendunt

Colloq.

Colloqvia Erasmi, in exseqviis Seraphicis, ubi vanissima hujus olim pervagatæ consvetudinis religio facetè perstringitur. Deniqve pari ratione mota veterum simplicitas, corpore comto & loto digredi hoc seculo voluit, specimen habemus in duobus fratribus capite damnatis, Sturl. s. II. 25. Enn er þeir bræþr Þorsteinn oc Snorri vissu ser dauþa ætlaþan, buggnz þeir við lifláti sinu, þogu hendur sinar, oc kemdu ser, sva sem til fagnaþar væri at fara. i. e. *Fratres illi Thorsteinus & Snorro, cum neci se destinatos esse rescifcerent, sua suprema meditati sunt, laverunt manus, & crines pexerunt, qvasi ad hilaria eundum esset.* Talis superstitionis exemplo Christianis prævivit gentilismus, cujus idem pro vitæ exitu institutum testatur in *Edda Sæmundi* antiqvum carmen Sigurdar kviþa, ubi monitis Othini militaribus præcipitur, ut qvisqve, hoc modo in omnem eventum paratus, cum hoste congrediatur; ne fatis forte vocantibus, Valhallam sordido habitu veniat.

Kemdr oc þveginn	*Comtus & lotus*
scal kennaz hverr,	*qvisque noscatur* (in prælio),
oc at morni mettr,	*& mane satur,*
(oc af minni mettr)	(*& memoria* (poculis) *satur*)
því ósynt er,	*nam incertum est,*
hvar at apni kemr,	*qvò vesperi veniat* (hospitatum),
illt er fyrir	*miserum est*
heill at hrapa.	*succumbere fortunae* (alterius.)

Qvare cum hæc superstitio adeo latè pateret, non dubito qvin nostri auctores, qvoties in albis qvem mortuum esse scribunt, toties hujus εὐθανασίαν & piam mortis præparationem significare voluerint.

§. 13.

Cum color ater doloris, albus laetitiæ symbolum passim haberetur, (*a*) solenne fuit veteribus, ut templa recens inaugurata candido tapete ornarent, (*b*) qvi sicut colo-

colore, ita ipso qvoqve nomine & scopo cum veste baptismali convenit. (*c*)

(*a*) Inde à prima memoria pullæ albæqve vestes, apud gentes varias, luctum & laetitiam notarunt: Stuckii *Antiqvit. conviv.* lib. II. 26. Linckner de V. A. §. 6. seq., nec secus ethnicus adhuc septentrio hunc morem didicit, suumqve fecit. Votum fecerat Gormus Grandaevus Daniæ rex, siqvando filium carissimum Canutum Dana ást i. e. *Danorum delicium*, fatis abripi audiret, tunc semet ipsum & infelicem hujus rei nuntium neci dare vellet; cum vero Haraldus Caerulidens, alter Gormonis filius, tantæ indulgentiæ & favoris invidus, praelio fratrem Canutum sterneret, regina Thyris Danmerkur-bót i. e. *Daniae decus*, maritum hujus funesti casus certiorem factura, aulæ parietes nigris velis obduxit, ut hae ratione voti regem liberaret, suæqve & hujus saluti consuleret. Ol. s. T. impr. l. p. 81. Um nóttina er menn váro gengnir úr hölinni, þá fór Þyri drottning til, oc let ofan taka hallar búningin, sidan let hún tialda i stadin svörtum tiöldum, oc grám vesiom, þar til sem altialdat var. i. e. *Eadem nocte omnibus ex aula digressis, regina Thyris basilicum apparatum removeri jussit, nigrisqve cortinis & griseis textilibus vicissim aulam velavit, usqve adeo, ut tota domus tegeretur.* Qvin in simili casu ita facere more communi receptum fuisse auctor idem verbis mox adjunctis docet: Fyri þvi let hún sva gera, at þat var hygginna manna ráð í þann tíma, ef harmtídendi kvamo til eyrna mönnum, at gera þann veg sem drottning gerdi. i. e. *Regina sic instituerat, qvod sapientium tunc temporis consilium erat, ut illi, qvibus tristia nuntia ad aures pervenere, pari modo ac regina agerent.* Gormus igitur, cum postridie in aulam rediens intelligeret, hoc funebri apparatu sibi filii fata narrari, in hæc verba erupit, ut codex m. sc. hic adjicit; Sva driúpir nú Danmörk, sem davþr se knútr sonr minn. i. e. *Ita Dania moestum vultum nunc dejicit, qvasi filius meus Canutus mortuus sit;* qvibus dictis præ doloris impatientiâ exspiravit.

(*b*) Hæc sacra peristromata, in templorum dedicationibus adhibita, meminerunt, & vestis baptismalis nomine hvíta vaþir appellant Ol. s. T. lib.

lib. II. p. 255, & Laxd. s. cap. 58. ubi: Þorsteinn Egillsson hafdi gera látit kirkiu at Borg, hann flutti lik Kiartans heim med ser, oc var Kiartan at Borg grafinn, þá var kirkian nyvígd oc i hvíta vaþum. i. e. *Thorsteinus Egilli filius Borgae templum exstrui fecerat, hic domum secum vexit funus Kiartani, qui Borgae sepeliebatur, cum templum nuper consecratum, & adhuc in albis esset.* Respicit etiam hanc praxin K. R. S., ubi ad templi cujusqve initiationem, inter alia panni sive lintei duodecim ulnæ reqviruntur, qvamvis tantilla mensura templis ex toto insternendis ne vix qvidem sufficeret; Locus citatus hujus tenoris est: Væizlu scal boa sæmiligha móti biscupi sá er kyrkio læter víghia, oc sá til XII kerti, oc vadmál eda lærept tólf álna langt. i. e. *Qui templum postulat initiari, lautas epulas instruat episcopo, & pannum sive linum duodecim ulnarum, candelasqve totidem acqvirat.* Usqve ad reformationis tempora hunc ritum durasse colligo ex K. R. J. qvi licet lege allata longe recentior sit, hoc tamen præceptum totidem verbis repetit, & inculcat. Vhighia scal kirkeo sidan giór er, enn sá er víghia lætr, gióri sómiliga væizlu móti biscupi, oc fái til tolf álna lángt vadmál eda lærept oc tolf kerti. i. e. *Templum quod libet, postqvam exstructum est, consecretur, qui vero templum curat initiandum, honesto convivio episcopum excipiat, pannique sive lintei duodecim ulnas, & totidem candelas acqvirat.*

(c) Templa veteres in encæniis, imitatione hominum ad ecclesiam conversorum, non tantum albis ornarunt velis, pios usus & sanctitatem notaturis, verum etiam per aqvæ lustricæ aspersionem certo ritu & modo baptizarunt: Ex nostris testem se offert vita Thomæ S. archiepiscopi. Cantuariensis: hic cuiqvam amico promisit, ut templum initiaret ab ipso extructum; sed cum interveniret mors, ille divus, dati promissi nihilo minus memor, ut ferunt, noctu defunctus comparuit, per qvietem monens amicum, nunc adesse sese, ædem illam consecraturum, & consecrationis non obscura signa relicturum; postridie templum reperitur qvodam aqvæ lustricæ simulacro undiqvaqve conspersum, l. c. legimus: Heilagr Thomas, fagr oc dyrligr, birtiz bónda i svefni, oc segiz kvaminn vera at fylla sitt fyrirheit, i helgan kirkiunnar,

nar, oc til þeſs, ſagdi hann, at her um ſer þu iſa-løſs med öllu, ſcal ec fara med tvo votta, er kirkian ſcal ſyna þer á morgun, at hon ſe vígd, annar vottr er ſá enn litli gullkroſs, er ec legg her undir koddann hiá þer, oc ſa ſami kroſs vil ec dyrkiz i þeſsi kyrkio, oc færiz i öngan ſtad annann, - - - - ſva ſegir hann bleſsadr, enn bóndin vaknar, oc finnr kroſsinn, því at ſynin var fals-lavs, her med var kirkian ſo fallin, ſem vatni væri øſin bædi utan oc innan. i. e. *Sanctus Thomas, pulcher & glorioſus, in ſomnis patri familias viſus eſt, ſe veniſſe dicens, ut promiſſi fidem impleret, per templi conſecrationem: &, inqvit, neqvid omnino de hac re dubites, duos afferram teſtes, unde cras tibi conſtet templum eſſe conſecratum, teſtis alter eſt aurea crucicula, hic cervicali tuo à me ſuppoſita, qvam ipſam crucem in hoc templo coli, nec alio transferri volo, - - - - haec ille benedictus; pater vero familias expergefactus, crucem reperit, non enim vana erat haec viſio, praeterea templum ita comparatum videtur, acſi extra & intus aqva perfuſum eſſet, verum tamen tactu ſiccum fuit.* Vid. Fleiſch. l. c cap. 8. §. 40. Ubi etiam campanæ inde à ſeculo X. in eccleſia Romanenſi baptizari, à patrinis offerri, & deniqve nova veſte contegi dicuntur.

§. 14.

Caeterum hoc caſu redituum & facultatum ratio habebatur, ut aedi ditiori pretioſius, pauperiori vilius, periſtroma qværeretur. (*a*)

(*a*) Cenſuum eccleſiaſticorum inæqvalitati ſe attemperant K. B. F. & K. R. J. ubi in hunc uſum nunc pannum, tunc linteum pro re natâ poſtulant. Templum cathedrale Skalholtinum, cum à Magno epiſcopo conſecraretur, pretioſiſſimis velis exornatum fuiſſe, memoriæ prodit Húngrvaka, in hujus epiſcopi vita: Magnus biſcup let avka kirkiu i Scála-holti oc vígdi ſidan, - - - - let hann tialda kirkiuna borda þeim er hann hafdi utan haft, oc váru þat hinar meſtu Ger-

gerſemar. i e. *Magnus episcopus* (ordine qvartus) *templum quod Scalholti est, in majus extolli curavit, & deinde consecravit - - - sacram illam aedem velavit ab exteris advecto aulæo, qvod fuit pretiosissimum cimelium.*

§. 15.

Deniqve qvemadmodum catechumeni, dum albas ferebant, honeſtis oblectamentis fruebantur, (*a*) ita qvoqve convivia & aliæ feſtivitates agebantur, cum templa conſecrarentur, & conſecrationis ornamenta ferrent. (*b*)

(*a*) §. 5.

(*b*) Etiam legibis conſtitutum eſt, ut hac occaſione templi initiandi patronus epiſcopum, cum ſuo comitatu, convivio exciperet, ceu videmus, ex K. R. F. & K. R. J. modo allatis. Lautiſsimum illud convivium, in templi Scalholtini encaeniis, à Klango epiſcopo paratum, meminit Húngrvaka: Þá er kirkia var giör i Skálaholti, ſva biſcupi þótti hún til vígſlu fallin, þá gerdi biſcup veizlu mikla oc ágæta vinúm ſinum, oc bavd þángat Birni biſcupi, oc Nicolao ábóta, oc mörgum höfdingum, þar var hinn meſti fiöldi bodsmanna; þeir vígdu bádir kirkiuna Klangr oc Biörn, annar utann enn annar innan, oc helgudu Petri poſtula, ſem ádr hafdi verit, enn Nicolaus abóti hafdi formæli; eftir tídir bavd biſcup öllum þeim mönnum er vid kirkiu vígſlu höfdu verit, at hafa þar dagverd, þeim er þótti ſer þat betr gegna, oc var þat meir gert af ſtórmenſku enn fullri forſiá, af því at á einn veg reyniz þat ávalt, at eiga undir mörgum heimſkum, oc mátti þá mikit at ravn um þat komaz, fyrir því at ecki höfdu þar færri dagverd enn ſean hundrud manna, oc urdu tillög med óhægindum, ſú veizla var allveglig at öllum þeim mönnum er þángat var bodit, oc váro allir virdinga menn med

stórgiósum brot leystir. i. e. *Templo Scalholtino jam exstructo, ut illud initiationi maturum judicaret episcopus, ipse opiparum & celebre convivium amicis paravit; Biornonemqve episcopum Holanum, Nicolaum abbatem, et multos insulae optimates eo vocavit; hic ingens convivarum multitudo confluxit: Uterqve episcopus Klangus & Biorno, hic extrinsecus ille intrinsecus, templum initiarunt, & sicut antea fuerat, Petro apostolo consecrarunt, sermonem encaenialem habente abbate Nicolao; sacris peractis, invitat episcopus ad prandium advenas omnes* (præter convivas) *in encaeniis versatos, qvibuscunqve volupe esset, qvod tamen factum est ex magnificentia, potius qvam satis provida cura, nam perpetuo similem eventum habuit simplicitas stultorum consiliis & arbitriis fisa, id qvod tunc maxime experientia docuit, cum non pauciores qvam septingenti simul ibi pranderent, qvare non sine magnis incommodis apparatus* (tanto epulo) *suppetivit; caeterum convivium hoc magnificentissime agebatur omnibus ad illud vocatis, ex qvibus & illustriores cum amplissimis xeniis dimissi sunt.*

Cap.

Cap. IX.

De Tempore Baptiſmi.

Synopſis.

§. 1. Adulti poſt converſionem ſuam, qvando ſint baptizati. §. 2. Qvando gentiles cum fidelibus commoraturi. §. 3. Infantes ſtatis anni temporibus. §. 4. Qvorundam baptiſmus in annum integrum dilatus. §. 5. Neceſſitas omnem abrupit moram. §. 6. Diebus feſtis rarius baptizatum. §. 7. Ætas poſterior ultra diem qvintum baptiſmum non tardavit. §. 8. Feſto epiphaniæ baptizare non licuit.

§. 1.

In noſtra qvondam ecclesia adulti, ſiqvidem illos nulla tenuit prævia inſtitutio, (*a*) eodem fere die baptizati ſunt, qvo fidem chriſtianam receperant: (*b*) qvamvis & multi fuerint, qvi, cum gentilium ſacra per omnia mitterent, rectamqve religionem candidè profiterentur, ſuum tamen baptiſmum in tempus aliud libere reſervarunt. (*c*)

(*a*) Vid. cap. XIII. §. 1.

(*b*) Secundum noſtræ antiqvioris eccleſiæ inſtitutum, pleriqve, qvam primum à paganiſmo convertebantur, baptizati ſunt, qvod cum ex hiſtoricis notiſſimum ſit, exemplis probare ſupervacaneum eſt, vid. cap. XIII. §. 1. Alia exteris fuit agendi ratio, qvi ſæpe integrum biennium ſuos catechumenos ad baptiſmum præpararunt. Bingh. *Origines Eccl.* lib. IX. cap. I.

 (*c*) Bapt-

(c) Baptismi in longum differendi morem ab antiqvissimis inde temporibus derivat T. Arnk. Cimb. heidenbek. 1 B. 8. cap. §. 7. eumqve Constantini M., Augustini, Chrysostomi, aliorum exemplis illustrat. Qvod item nostri majores hoc exterorum exemplo fecerint, ex Pontano discimus, qvi lib. V. hist. Dan. p. 131. ex audito tradi scribit, Haraldum Cœrulidensem longo post suam conversionem tempore à Poppone baptizatum fuisse: cum Pontano facit Ol. f. T. impr. lib. II. p. 43. Peir voro margir, þó að þá leto eigi skíraz at sinni, at trúþo á krist, oc fyrir leto skurd-goda villo, oc allan heiþindóm, oc vildo ei giallda hoftolla; fyrir þat reidduz heiþingiar Fridreci biskupi, oc lögdo fiandskap á þá alla, er honom sampyckto. i. e. *Fuere multi, qvi licet mox baptizari nollent, tamen in Christum crediderunt, idolomaniam & omnem ethnicam superstitionem relinqventes, fanorumqve tributa solvere detrectarunt; hinc gentiles in Fridericum episcopum ira incensi, omnes itidem illi consentientes odiis prosecuti sunt.* Danos ab Ansgario conversos, cum suum baptismum differebant, christianæ tamen fidei dogmata didicisse, primamqve signationem, sive signum crucis recepisse, Rimbertus auctor est, vide supra cap. V. §. 7. (a). Hujus prolatationis causas & rationes Gvaldo monachus in sua ad Rimbertum paraphrasi metrica lib. 50. n. 10. exponit.

Esse bonum differre sibi baptismatis usum
Credebant, vitæ supremum tempus ad usqve,
Ut mox in Domino vitali fonte renati,
Felices animas efflarent immaculati.

Fere similem curam vel relabendi metum Augustino baptismum differenti tribuit hujus vita. Skírnin frestadizt fyri því um stund, at lifandi maðr fær varla syndina forðazt, enn allir vita at meiri sekð er at misgera eptir skírnina : : : : hinn sæli Augustinus var þá nockurum vetrum meir enn þritogr, er hann tók helga skírn. i. e. *Propterea baptismum differebat, qvod homini adhuc viventi vix peccatum evitare licet, omnes vero sciunt majorem eorum esse reatum,*

tum, *qvi poſt baptiſmum delinqvunt.* - - - - *Divus Auguſtinus triginta & aliqvot annos natus fuit, cum ſanctum baptiſmum ſuſciperet.* Qvi primum, cum morituri decumberent, baptizari volebant *Clinici* dicti ſunt, vide Lambecium ad Rimb. obſerv. 36. Voſſ. de bapt. Diſput VII. th. 24. alios.

§. 2.

Recepto in his terris chriſtianismo, advena gentilis, ſaltem aliqva civium fidelium conſvetudine liberè fruiturus, ſine mora ſacerdotem adire, ſeqve baptizandum offerre debuit, (*a*) cum alioqvin in reliqvum hoſpitio illum recipere nemini liceret. (*b*)

(*a*) Ut heterodoxus, apud Chriſtianos commorari volens, intra qvintum diem baptizetur jubet K. R. H. vide cap. XI. §. 15. (b). Caeteram in hoc fere conſentiunt leges noſtræ veteres, hominem ethnicum ad tempus ali poſſe, ſi ad ſacerdotem rectà tendit, & qvam primum ſacro fonte initiari cupit. K. R. J. Þæt er nú því neſt, at hværr maðr ſcal kriſtinn vera i konúngs vældi þæſſo; ala má hæiðinn mann um nótt, ef hann fer til kirkio, þæirrar er preſtr er at, oc ſcíriz hann þá er hann nær, (nú fer hann æi þannig) oc þá ſcal hann einnſaman i búð ſer vera, oc kaupa kaupum ſinum, oc fari af landi ſæm ſciótaz má hann. i. e. *Hoc proximum eſt, ut unus qvisqve hujus regni civis Chriſtianus ſit, ethnicum hominem per unam noctem alere licet, ſi ad templum, ubi reſidet ſacerdos, pergit, ibiqve baptizatur, qvando poteſt, (ſi vero huc curſum non tendit) ſolus in tugurio maneat, mercibus ſuis negotietur, & terrae finibus qvam citiſſimè excedat.*

(*b*) Vid. cap. XI. §. 14.

§. 3.

Juniorum vero baptiſmum, cujus longiorem dilationem primus chriſtianiſmus non conceſſit modo, ſed praecepit,

cepit, arctoa non ſecus ac externa eccleſia certis & definitis anni temporibus reſervari voluit: (*a*) nempe infantes poſt feſtum Michaëlis nati, in præcedanea natalitiorum veſpera baptizati ſunt; qvi poſtea naſcebantur, pridie qvadrageſimam; qvi deinde, paſcatis, pentecoſtes, aut feſti Joannis Baptiſtæ vigiliâ; & ab his deniqve terminis in lucem editi, ante feſtum Michaëlis baptiſmum receperunt: (*b*) ſiqvis vero infantis baptiſmum ultra tempus traheret præſcriptum, hunc prout magis aut minus deliqverat, leges violatæ multarunt. (*c*)

(*a*) Græca & Latina eccleſia inde à primis ſeculis nunc unum, nunc duo, nunc tria anni tempora, paſcham, pentecoſten, & epiphaniam huic rei deſtinavit, ut ex Tertulliano *de Baptiſmo*, & aliis ſynchronis patribus liqvet, concil. Antiſſiodorenſe. can. 18. *Non licet absqve paſchæ ſolennitate ullo tempore baptizare, niſi illos, qvibus mors vicina eſt.* Honorius papa *in Gemma animae* cap. 116. *Bis anno canonice baptizatur, in paſcha & pentecoſte, qvia in paſcha Chriſtus moritur, in cujus morte baptizatur, in pentecoſte ſpiritus ſanctus datur, per qvem remiſſio peccatorum donatur.* Vide Voſſium *de Baptiſmo* diſp. XVI. th. 6. & alios. Exterorum igitur exemplo noſtri egerunt majores, & honoris cauſa ſacrum illum actum Summis & ſolennioribus feſtis tractarunt, ad rem convenire rati, ut tunc in ſtatum gratiæ læti reciperentur infantes, qvando reliqvus populus gratiam & beneficia Dei ſummo cum gaudio in memoriam revocavit.

(*b*) Qvæ vidi antiqviora eccleſiæ Norvegicæ decreta, in talem baptiſmi dilationem conſentiunt, cum vero illam, ſuo ſingula placito moderentur, plurium ſententias exſcribam. K. b. Gulap. I. tit. 20. Barn hvert es borit verðr eftir nótt hina helgo, þá ſcal þat haft væra fyri gagn fôſto, enn ef borit verðr i fôſto, þa ſcal þat haft væra at páſkom, enn ef borit es eftir páſkar, þá ſkal haft væra fyri Joansmiſso, enn barn hvert es borit es eftir Joansmiſso, þá

ſcal

scal hast væra fyri nótt hina hælgo. i. e. *Infans qvisqve post noctem sanctam* (i. e. natalitiam) *genitus, ante qvadragesimam* (ab ethnicismo) *elevetur, inter qvadragesimam natus, ante pascha elevetur, post festum Joannis natus, ante festum Michaëlis elevetur, verum post festum Michaëlis natus, ante noctem sanctam elevetur,* K. R. V. tit. 4. Um scírsla stefnor: i. e. *De baptismi definitis temporibus.* Nú ero fióra la=gha stefnor, at bera barn til hafneingiar á tolf mánoðom: þau bórn er fódd ero eftir jóladagh hin fyrsta, þau scolo scírð vera pásca aptan, óll þau er þar eptir ero fódd, scolo scírð Johans vóko; óll þau er þar eftir ero fódd, scolo scírð vera at Michaels messo; óll þau er þar eftir ero fódd, scolo scírð vera at hinni hælgo jólanótt. i. e. *Qvatuor sunt legales termini, juxta qvos per singulos duodecim menses* (i. e. qvotannis) *infans ad baptismum feratur: infantes post primam natalitiorum diem geniti, vespera paschatis* (præcedente) *baptizentur; omnes qvi postea nascuntur, vigiliâ Joannis baptizentur; omnes qvi postea nascuntur, prope festum Michaëlis baptizentur; omnes qvi postea nascuntur, ante sanctam illam natalitiorum noctem baptizentur.* K. R. H. tit. 8. Bórn þau óll er alin ero fyrir jól, þau skulo scírð vera fyrir jóla aptan; enn ef alin verða á jóla nótt, þau sculo vera scírð um myrgininn eptir; enn þau er alin ero fyrir fósto, þau sculo scírð vera lavgar daginn, fyrr enn menn ganga i sex vikna fóstu; en þau er alin ero um fósto, þau sculo scírð vera um pásca aptan; enn ef alin ero um pásca nótt, þá skulo þau vera scírð um myrgininn fyri messo; enn ef alin ero á hvitasunnudags nótt, þa sculo þau vera scírð um morguninn fyri messo; enn þau bórn er alin ero fyri Jons messo, þau sculo scírð vera fyri Jóns vóku aptan; ef alin ero Jóns messo nótt, sculo þau scírð vera um myrginin fyri messo. i. e. *Omnes infantuli, qvi ante ferias natalitias nascuntur, ante natalitiorum vesperam baptizati sint; qvi nocte natalitia nascuntur, postridie baptizentur; qvi ante qvadragesimam nascuntur, die Saturni baptizentur, antequam sex hebdomadum jejunium incipit; qvi per qvadragesimam nascuntur, vigilia pascatis baptizentur; si nocte pascatis nascuntur, ipso hoc vespere baptizentur; si vero nocte pentecostes nascuntur, postridie ante missam baptizentur; qvi ante festum Joannis nascuntur; hujus festi vigiliâ baptizen-*

tizentur; qvi nocte festum Joannis praegressâ nascuntur, die seqvente ante missam baptizentur. K. R. H. lib I. tit. 5. Barn hvært er borit verðr millim Michials messo oc jóla, þá scolo þav öll kristin vera fyrir jól, en sá er i húsum hefver barn hæiðet jólanatt, gialldе sex øyra biskupi; enn meðal jóla oc fastu þav börn öll er borin verða, þá scolo öll kristin vera fyrir fastu, æða gialldе sex øyra biskupi, en þav er borin verða millim fastu oc miðsumars, þav scolo öll kristin vera fyrir miðsumar æða gialldе sex øyra biskupi, enn meðal miðsumars, oc Michials messo, þav scolo kristin vera fyri Michials messo, æða gialldе sex øyra biskupi. i. e. *Omnes infantes inter festum Michaëlis & natalitia geniti, ante natalitia Christiani fiant,* (baptizentur), *qvi vero nocte natalitiorum profanum domi suæ habet infantem, sex oras episcopo solvat: infantes inter natalitia & quadragesimam nati, omnes ante quadragesimam Christiani fiant, secus sex orae episcopo solvantur: inter qvadragesimam & mediam aestatem nati, omnes ante mediam aestatem Christiani fiant, secus sex orae episcopo solvantur: inter mediam aestatem & festum Michaëlis nati, ante festum Michaëlis Christiani fiant, secus sex orae episcopo solvantur.*

(c) Qvo longior baptismi prolatatio, eo periculosior, & eo gravioribus ob noxia poenis. K. R. V. tit. 4. liggr við lagha stæfno hveria þriár merkor, enn ef sva liða allar lagha stæfnor, at maðr lætr æi scíra barn sitt, þa verðr bóndi hæiðinn at barni sino, hann hefver fyrirgert se oc friði, landi oc løysum æyri, fari á land hæiðit, þó vill hann æi kristinn vera. i. e. *Qvovis termino legali neglectô, de tribus marcis agitur, si autem omnes legales termini sic transeunt, ut qvisqvam infantem suum non curat baptizari, colonus ille ob infantem suum in ethnicæ impietatis crimen vocabitur, peculium & pacem, praedium & bona mobilia, per hoc scelus perdet, in ethnicam terram exul abeat, nam tunc* (taleqvid committens) *Christianus esse non vult.* K. R. H. tit. 8. Ef maðr hefvir hæima barn hæiðit æinhveria þessara fimm nátta, sem nú ero talldar, þa sækez hann sex øyrum við biscup, oc hafvi scírt fyri fimt, enn ef inni hefver allar þessar fimm nætor, þa er hann sekr fimm mörkum við biscup, oc hafvi scírt innan fimtar, ellegar er sá er barni þvi scal varðvæita, sækr öllu þvi hann á, enn því sciptiz i þria staði, teker biscup þriðiung,

annan

annann konúngr, bǒndr enn priðia. i. e. *Siquis profanum domi habet infantem aliqva iſtarum qvinqve noctium, qvae nunc ennmeratae ſunt, ſex oris mulctetur, epiſcopo ſolvendis, & ante diem qvintum infantem baptizet; ſi vero per ſingulas qvinqve noctes domi ſuae* (infantem non baptizatum) *habet, qvinqve marcas ſolvat epiſcopo, & intra qvintum diem baptizet, alioqvin cuſtos infantis omnibus, qvae habet, bonis mulctetur, qvae in tres partes dividantur, trientem unam epiſcopus, rex aliam, tertiam coloni accipiant.*

§. 4.

Specialis fuit gratia, vix plebi promiſcuæ communis, qva infantis baptiſmum ultra hos qvoqve terminos, vel per annum integrum, protrahere licuit, ſi nempe viri illuſtres expectarentur, ſponſores in baptiſmo futuri. (*a*)

(*a*) K. R. S. lib. 1. tit. 5. paucis poſt proximè notata intermiſſis, in hanc ſententiam pergit: Enn ef æi værðr ſkírt ſem fyr var mælt, þó er husbonde ſæker ſim ðyrum vit biſkup, er i húſom hefver barnit, nema því at æins at maðr bíði konúngs, biſkups æða jarls till guðſifuia, þá ſcal láta prímſigna barnit, oc láta ſva ſtanda tólf mánaþi. *Si vero* (infans) *ad tempus praeſcriptum nondum baptiſmum ſuſceperit, tum pater familias, qvi domi infantem habet, poenae nomine ſex oras epiſcopo debet, niſi ſolummodo rex, epiſcopus, aut comes popter ſponſionem baptiſmalem exſpectentur, tum infans prima ſignatione initiatus, menſes duodecim ſine baptiſmo permaneat.* Huic K. R. M. Dan. qvantumvis recentior, implicite addit calculum, qvando baptiſmum intra diem qvintum abſolvi præcipiens, vid. §. 7. (c). conditionem addit: Nema høffdinga barn ſe, *niſi magnatum ſit filius*, cum baptiſmum diutius protrahere fas eſt.

§. 5.

Præſcripta, ut dixi, baptiſmi dilatio ad caſum neceſſitatis non ſpectavit, ſi enim puer imbecillior vel æger naſce-

retur, cuiqve præſenti, ſive ſacerdoti ſive laico, eum mox baptizare licuit. (*a*)

(*a*) Cum impendeat mors, non vetat baptiſmum ſine morâ dari K. R. S. l. c. Scíra ſcal barn hvært, þeghar vill, ef ræðiz dóyða. i. e. *Siqvis mortem timet infantulo, illum, cum voluerit, baptizet.* Addeſis K. h. G. & K. R. V. ſupra cap. II. §. 1. (c) & §. 8. (a) videndos, qvi ægrotis pueris baptiſmi mox conſeqvendi copiam faciunt.

§. 6.

Qvamvis veteres, cum poſceret aliqva neceſſitas, feſtis & dominicis diebus baptiſmum non raro adminiſtrarunt, (*a*) tamen ſæpius & magis ordinarie hoc negotium reſervarunt diebus profeſtis, & ferias proximè prægreſſis, (*b*) ut qvoqve exteri fecere; (*c*) hujus rei ratio fuiſſe videtur, ne feſtis ordinatam rei divinæ curam alia negotia interciperent. (*d*)

(*a*) Inter alia exemplum habes in vita Laurentii, Holani epiſcopi, hic cum feſto ſ. Laurentii ſemianimis naſceretur, ſed vitam & vires hujus ſancti beneficio nonnihil colligeret, mox eodem die baptizatus eſt, ſuiqve reſtitutoris nomen accepit, magnâ ſemper pietate hunc diem ſuum luſtricum colens, tam in cognominis divi honorem, qvam in recuperatæ ſanitatis memoriam: l. c. cap. 2. legimus: A Laurentius meſsudag ſyrir meſso - - - - - fæddi Þorgríma ſvein-barn, oc ſá eingi madr med því líſs mark, þá het ſíra Þorarinn, þeſſi piltr ſcyldi Laurentius heita, ef hinn helgi Laurentius gæfi hönum líf, ſkyldi hann æſinliga vatn faſta ſyri Laurentius meſsu, fengi hann alldr oc heilſú til, oc eptir þetta heit ſtadfeſt, ſáz þegar líſs mark med ſveininum, oc var hann þa ſcírdr med Laurentius nafni, fyldi hann þat heit æ ſídan hann vard megandi madr, oc ſva frá því hann vard biſcup á Hólum, helt hann fe-

ſtiliga Laurentius meſſo, - - - - gôrandi margar ólmuſur þann ſama dag. i. e. *Feſto Laurentii ante miſſam - - - - - Thorgrima peperit infantem maſculum, in qvo vitae ſignum nemo conſpexit, tunc dominus Thorarinus* (ſacerdos, Thorgrimæ frater) *votum vovit, ut puer Laurentius vocaretur, ſi ſanctus Laurentius vitam illi daret, qvin etiam fore, ut perpetuo pridie feſti Laurentiani aqva tenus jejunaret, dummodo aetatem & valetudinem nanciſceretur, hoc votum ratum cum eſſet, mox vitae ſignum in puero apparuit, qvi tunc baptizatus eſt cum Laurentii nomine; ipſe vero poſtea, ſui juris factus, votum hoc complevit, & pariter, ex qvo Holanus evaſit epiſcopus, feſtum Laurentii conſtanter coluit, - - - - faciens multas eo die eleemoſynas.* Magnus legum reformator N. R. feſto crucis baptizatus eſt, teſte Sturl. ſ. lib. VII. cap. 5. Þá um vorit tveggia poſtula meſſo var fæddr Margreto drottníngo Magnús, er ſiþan vard konúngr, hann var ſkírþr Kroſsmeſſo dag. i. e. *Eodem vere duorum apoſtolorum* (Philippi & Jacobi) *feſto Margareta regina* (Haconis Senis N. R.) *Magnum peperit, qvi ad regnum poſtea pervenit; hic feſto crucis baptizatus eſt.* (i. e. perendino poſt natalem die). Refert etiam Laxd. ſ. cap. 45. & Ol. ſ. T. II, p. 92. Kiartanum Islandum ſecunda natalitiorum feria fuiſſe baptizatum, vid. cap. X. §. 3. (a), ſed ibi à Sturlæo diſſentiunt, qvi hoc poſtridie feſti Michaëlis factum eſſe ſcribit: præterea hic tenendum eſt, qvod à qvolibet horum temporum caſu ad praxin univerſalem colligi non poſſit, cum nova eccleſia ſua nondum jura & mores in debitam formam redegerat.

(*b*) Qvoties circumſtantiæ ferebant, dies feſtos baptiſmi ſolennibus non eſſe datos, inde concludere licet, qvod leges ſemper feſtorum vigilias, nunqvam, niſi urgente neceſſitate, feſta ipſa huic rei aſſignant: ſic K. R. þ. tit. 1. Ef barn elzt nær páſkum eda hvíto dögum, oc vill maþr freſta ſkírnar til lavgatdags fyri páſka eþa hvíta daga, þa verþr hanom þat rett, ef barn es eigi ſiúkt, ſkíra ſkal þegar ſiukt es. i. e. *Si qvis infantis baptiſmum prope paſcha aut dies albos* (Pentecoſten) *nati, in diem Saturni, paſcha aut dies albos praegreſſum, proferre voluerit, ita, infante non aegroto, recte faciet; ſi vero infans aegrotaverit, mox baptizabitur.* Et paulo poſt; Ef maþr vill þváttdags at bíþa,

 ſcal

ſcal hann fara til fundar vit preſt, láta hann ráþa hvart hann vill ſkíra barnit fyrr, eþa þvottdags at bíþa. i. e. *Baptiſmum ad diem Saturni prolaturus, paſtorem adeat, ejusqve relinqvat arbitrio, num infantem mox baptizet, an vero diem Saturni exſpectet.* Praxin juri hoc caſu reſpondiſſe oſtendit cum aliis K. S. cap. 7. exemplo Halli de Sida, qvi pridie paſcatis baptizatus eſt. vid. cap. ſeq. §. 1. (b).

(*c*) Qvod Romanenſis qvoqve eccleſia plerumqve baptizarit die Saturni; diſcere eſt ex Voſſio *de Baptiſmo* Diſp. XVI theſ. 6. ubi alios inter hanc delibat conſvetudinem Berno Augienſis: *Merito* (inqvit) *conſepeliuntur Chriſto baptizati in ſabbato* (i. e. die Saturni), *ut cum ipſo valeant reſurgere die dominica.*

(*d*) Hinc Kiartanus, cujus nuper mentionem feci, cum nondum converſus Chriſtianorum ſacris die feſto interfuerat, ad rectam fidem propenſior factus; ſuis ſociis dixit. Ol. ſ. T. m. ſ. p. m. 787 Nú dvelr mic eingi lutr at ec geng eigi þeger til konúngs, at biþia ſkírnarennar, utan ſiá eiun, at hann man gengin til borþa, oc þat, at ec vil æi unáþa konúng eþa kriſtna kennimenn á þeſsum degi, er þeir kalla mykla höfut hátiþ guds ſins, er mer van at þat ſe ſtarfi mykill at veita oſs ſkipveriom öllum þat embætti, oc ætlac þann dag dveliaz muni er ver látum allir ſkíraz. i. e. *Me jam nihil moratur, qvin extemplo regem conveniens baptiſmum petam, niſi qvod forte diſcubitum nunc iverit, & id alterum, qvod nec regi nec Chriſtianis ſacerdotibus ullas moleſtias exhibere velim, die nimirum, qvem ſolenne ſui numinis feſtum nuncupant, nam, ut ego qvidem auguror, multus labor erit omnibus navis noſtrae vectoribus hoc officium praebere; qvin fore credo, ut in hoc negotio abſumatur magna ejus diei pars, qvo nos omnes baptizamur.* Novit omnino Kiartanus baptiſmum diebus feſtis non libenter adminiſtrare Chriſtianos, tunc rei divinæ vacantes, qvare hoc negotium in craſtinum differre maluit. Forte etiam hic acceſſit ab exteris mutuata ſacra qvædam alluſio. vid. notam (c).

§. 7.

§. 7.

Illam primitus ad ſtata tempora paedobaptiſmi dilationem, abrogarunt leges juniores, (*a*) ſecundum qvas pueri, qvam primum licuit, ad minimum infra qvintum à nativitate diem, baptizari debebant, (*b*) negligentibus pro re natâ mulctatis. (*c*)

(*a*) Solam excipe Joannis archiepiſcopi conſtitutionem, tit. 3. in ſupra dicta veterum ſententia manentem.

(*b*) Inter leges Norvegicas prima, baptiſmi tempus ita definit K. R. M. tit. 3. vid. not. c. illam ſeqvuntur Scipan E. qvam vide, ut & K. R. A. tit. 1. Ala ſcal barn hvert er borit verdr, oc manns hǒfud er á, þó at nockurr aurkymli ſe á, oc til kyrkio fœra ſem fyrſt má, oc ſcíra láta preſt ef hanom náir. i. e. *Quicunqve infans caput habens humanum naſcitur, licet qvidam in ipſo naevi genitivi fuerint, alatur, ad templum, qvam primum licuerit, feratur, & á paſtore, ſi adiri poterit, baptizetur.* Huic qvantumvis antiqvior, conſentit K. R. Þ. vid. cap. III. §. 7. (b). Ubi tamen recentiorum interpolationem irrepſiſſe, non ſine cauſa qvis ſuſpicabitur.

(*c*) K. R. M. tit. 3. Ef madr hældr barni ſim nǒter navdſynialavſt uſcírdo, gjallde biſkupi ſæx ǒyra, hældr hann adrar ſim nǒter, giallde biſkupe tolf ǒyra; hældr hann hinar þridſo ſim nǒter, giallde biſkupe þriar merkor, hældr hann hinar fiordo ſim nǒter, giallde biſkupi fiǒrntygu marka, hælldr hann leingr, ok dæyr barnit hæidet, þá er hann utlægr, ok allt fe hanns, á konúngr hálft, enn hálft biſkup. i. e. *Si qvisqvam ſine neceſſitate infantem nondum baptizatum domi ſuæ per qvinqve noctes habet, ſex oras epiſcopo ſolvat, ſi bis qvinqve noctes, oras duodecim epiſcopo ſolvat, ſi ter qvinqve, tres marchas epiſcopo ſolvat, ſi diutius domi habet, & infans ſine baptiſmo moritur, ille* (morator) *proſcribitur & tota ejus poſſeſſio, cujus una pars epiſcopi, altera regis eſt.* vide huic ſimilem K. R. A. tit. 1.

§. 8.

Hæc ipsa aetas, qvæ, non secus ac illa superior, baptismi administratione ordinarie ipsis festis solennioribus vacavit, (*a*) diem maxime epiphaniorum huic negotio exemit.(*b*)

(*a*) Hoc omnis ante reformationem ætas commune habuit, ut profesto plerumqve die baptizaret, qvamvis hæc consvetudo facile cessit circumstantiis: adde supra citatis Ʒ. R. M. & Ʒ. R. A. fere verbo tenus consonos: A hveriom degi nær vid parf, jafnvel jóla oc páscadag, má barn scíra. i. e. *Qvocunqve opus fuerit die, vel etiam nativitatis & paschatis primo, infantem baptizare licet.* Qvæ ad casum necessitatis pertinere nemo non videt.

(*b*) Ab initio epiphaniæ festum non secus ac pascha & pentecoste baptismi solennibus dicatum est, eoqvod Christum tunc esse baptizatum traderetur: Sic Mariu s. in membr. Þá er drottin Jesus hafdi niu vetr oc tuttygu, oc þrettán dögum meir, þá var hann scírdr af Jóni baptista, i Jordan, þrettánda dag Jóla. i. e. *Cum dominus Jesus novem & viginti annos vixerat, & insuper tredecim dies, baptizatus est a Joanne baptista, decimo tertio natalitiorum die.* At motâ sec. XIII. hæresi, dari Spiritum sanctum solis, qvi eodem ac Christus die baptizarentur, eo pte tempore hic mos desivit. H. E. & Voss. de Bapt. Disp. XVI. th. 6. apud qvem ita Petrus Blasensis; *Ut hæresin illam vehementius* (ecclesiâ) *exstirparet, sub anathemate interdixit, ne aliqvis die epiphaniarum baptizet, si articulus necessitatis non intercidat.* Rationem hujus interdicti habens nostra ecclesia ita sancivit: Ʒ. R. M. Dan. tit. 3. Enhver dag disse nodsynar tilkomme, da maa barn sciris, saa vell Julledag och Paascedag, som andre daghe, en ey haffver barn att scira paa Xiij dag Jull, ude nodsyn. i. e. *Die qvocunqve talis obvenit necessitas, tam Natalitii & Paschatis festo, qvam diebus aliis, infantem baptizare licitum est; die vero natalitiorum decimo tertio, illud praeter necessitatem* (facere) *non convenit.*

Cap.

Cap. X.

De Loco Baptiſmi.

Synopſis.

§. 1. Primo in fontibus & fluviis baptizatum. §. 2. In calidis aqvis. §. 3. Baptiſteria una cum templis exſtructa. §. 4. Ad qvæ deinceps baptiſmum peragi oportuit. §. 5. Excepto caſu neceſſitatis. §. 6. Fons baptiſmalis ante luſtricum actum conſecratus eſt. §. 7. Hujus ſanctitas & veneratio. §. 8. Religio circa laicorum baptiſteria.

§. I.

Locus huic actui dicatus, pro diverſo eccleſiæ ſtatu, variabat; ab initio noſtri veteres, exterorum aemuli, (*a*) baptiſmum ubivis, prout ad rem fuit occaſio, ad fontes praeſertim vel flumina adminiſtrarunt. (*b*)

(*a*) Ut plures oſtendunt auctores, Binghamus, Voſſius, alii, primaeva aliqvantisper eccleſia in loco qvocunqve libuerit, baptiſmum adminiſtravit, paucis vero ab hinc ſeculis aliter fuiſſe conſtitutum ex novellis Juſtiniani patet, qvæ ad priſca eccleſiæ decreta provocantes, omnem παραβάπτισμον, i. e. baptiſmum locis præſcriptis non celebratum, prohibent & damnant.

(*b*) Popponem converſos Cimbros in fluvio Helligsbach baptizaſſe poſt alios tradit Arnk. Cimbr. heidenbek. 1 B. cap. X. qvo Popponis ex-

T emplo

emplo fecerunt etiam alii septentrionis apostoli. Ol. S. T. lib. II. p. 217. Hallr var skírdr þvattdag fyrir páska i brunn læk sinum, oc allt hans heima fólk, gaf þángbrandr læk þeim nafn, oc kalladi þvattá. i. e. *Hallus cum suis omnibus domesticis in villae suae fluviali aqvario pridie paschatis baptizatus est, quare Thangbrandus sacerdos hunc rivum, amnem lavatorium vocavit.* Ibidem qvoqve legitur de anibus decrepitis, qvæ baptizandæ, ab aliis ad aqvam, sive ad fontes vicinos ferebantur. Confr. K. s. cap. 2. 3. 4.

§. 2.

Porro, ubi per naturam loci licuit, aliqvando, majoris commodi causa, in calidis fontibus baptizatum est, (*a*) qvam consvetudinem etiam exteri suis locis noverunt. (*b*)

(*a*) Cum Islandia anno Christi 1000 paganismo valediceret, incolarum plurimi tepidam frigidæ præferentes, in australis insulæ thermis baptizati sunt. K. s. cap. XI. Allir nordlendingar oc sunnlendingar varo skírdir i Reykialaugu i Laugardal, er þeir rido af þingi, því at þeir vildo eigi fara i kallt vatn. i. e. *Omnes borealis & australis terrae incolae apud thermas, quae Reykis sunt, in Laugardalia* (valle Thermarum) *baptizabantur, cum in frigidam descendere nollent.* Eundem sacrum usum ut l. c. paulo post dicitur, Reykdalensis territorii thermæ præbebant occidentalibus Islandis, qvod horum baptisterium ab erectis tunc crucibus Krosslaug, *crucis lavacrum,* deinceps vocatum est, etiamnum hodie sanationum virtute celebratum.

(*b*) Apud exteros qvoqve in thermis baptizatum fuisse meminerunt Boehm. J. E. Tom. III. lib. III. tit. 12. §. 24., & Trog. Arnk. Cimbr. heydenbek. 5 B. 5 cap. §. 1. Ubi de S. Ottone, Vandalis fidem prædicante, scribit, qvod æstate sub dio frigidâ, hieme sub tecto tepidâ, conversos baptizarit.

§. 3.

§. 3.

Templa vero cum Chriſtiani erexerant, in iis poſt modum baptiſteria fuerunt ædificata, (*a*) tantæ ab initio magnitudinis, ut totus iis baptizandus immergi poſſet, (*b*) ritu vero mergendi poſtea tractu temporis deſveto, prior baptiſteriorum magnitudo tanqvam inutilis abrogata eſt.

(*a*) Templum Olavi Tryggonis curâ exſtructum Nidoroſiæ, mox commune converſis baptiſterium præbuiſſe, colligo ex Bardi Craſſi hiſtoria, qvi contra praxin extra oppidum baptizari voluit, vide. cap. VI. §. 4. (a) Sic Kiartanus Islandus, cum ſuis, ſecunda Natalitii feria, Chriſto nomen dans, haud dubie ſub tecto, & qvidem in ejusdem templi Nidroſiani modo conditi ſacro fonte, baptiſmum accepit, qvem in finem famuli aqvam qværere, & domum afferre debebant. Laxd ſ. cap. 45. Kiartan bad þá ecki dvelia at leita at vatninu, oc kvad þo mikils vidþurſa, konungr ſvarar, oc broſti vid, iá kiartan ſegir hann, þó þu værir herum nokuru kaup-dyrari, ſidan voro þeir kiartan oc Bolli ſcírdir, oc öll ſkips höfn þeirra, oc fiöldi annarra manna, þetta var annan dag jóla fyrir tídir. i. e. *Kiartanus* (baptizandus) *rogavit, ne illi* (miniſtri) *aqvam conqvirere differrent, dicens multá aqvae copia opus futurum; rex ſubridens dixit, ſane fieret Kiartane* (qvod petis) *etiamſi conditionem aliqvanto graviorem nobis feciſſes; poſtea Kiartanus & Bollo totusqve eorum navalis comitatus baptizati ſunt, cum magna aliorum multitudine: hoc ſecundâ natalitiorum feria ante ſacra factum eſt.*

(*b*) Magnam olim fuiſſe baptiſteriorum vaſtitatem à forma baptizandi concludimus, eo tempore ſervata: (vid. cap. VI. §. 5. (a)) hinc K. R. Þ. tit. 1. laicos baptiſmi miniſterio domi functuros majus vaſis genus, loco baptiſterii adhibere jubet, qvo totus infans immergi poſſet: Ef barn er ſva ſiúkt, at víþ bana er hætt, oc náir eigi preſtz fundi, oc á ólærþr maþr þá at ſcíra barnit, ef þat er at búanda húſi, oc ſkal taca vatn i keraldi. i. e. *Si infans adeo aeger eſt, ut de vita pericli-*

 tetur,

tetur, & sacerdos conveniri non potest, tunc homo illiteratus baptismum administrabit, hoc si inter privatos coloni parietes acciderit, aqva labro infundatur. confr. Sc. J. citatam §. 7. (*d*). Deniqve baptisterium skirnar sár, & vaz-sár, ab ejus qvondam magnitudine, hodieqve vocatur, nam sár, sinum, vasis vasti & capacis nomen est.

§. 7.

Baptisteriis ergo ad usum communem ubiqve institutis, in his ordinarie baptismum conferri oportuit, (*a*) nisi res ageretur puerorum nobilium, qvos non nunqvam intrá patrios lares baptizare legibus permissum est. (*b*)

(*a*) Ita fragmentum Jur. Eccl. Eigi sculo baurn skíraz, ne konor i kirkio leidaz, ne hión saman vigiast, utan at sóknar kirkio. i. e. *Non nisi ad templum competens infantes baptizentur, vel puerperae in aedem sacram ducantur, vel conjuges copulentur.* Nec non Joannis IIdi archiepiscopi Norvegi aliqva epistola, qvæ ne in sacellis qvidem, sive templis secundi ordinis baptismum vel alia sacra officia vult administrari. Eighi sculu konor i kyrkio leidaz at bænhúsum, eda börn skíraz, eda hión saman vigiaz, oc hvargi nema at sóknar kyrkio. i. e. *Nec puerperae recipiantur ad ecclesiam in oratoriis, nec ibi baptizentur infantes, nec conjuges copulentur; imo nusqvam id fiat, nisi in templo competenti.*

(*b*) Hoc privilegium solis regum procerumqve filiis facit Agr. h. t. Hverghi sculu börn skíraz, nema i kyrkio, þar sem fontar ero till þess skipadir, uttan see konga börn, æda stórra hofdingia, sem lofvazt hæima at skírazt. i. e. *Infantes nusqvam baptizentur, nisi in templis, ubi hunc in usum baptisteria facta sunt, exceptis regum, summorumqve magnatum liberis, qvos domi baptizare licet.*

§. 5.

Tantum in caſu neceſſitatis ſalva manſit prior conſvetudo, qvandoqvidem & ſacerdotes & laici ſine mora aegrotos infantes baptizare poſſent, ſive in proximis fluminibus, ſive aliis qvibusqve locis. (*a*)

(*a*) Vide paſſim cap. II. hic omnium inſtar erit K. R. Þ. tit. 1. jubens qvidem ut ſacerdotes in templis baptizent, at, ſi periculum in baptiſmi mora ſit, ubicunqve liceat. Ef menn hitta hann á förnum vegi, oc biþia ſcíra barn, þá lætr hann rett ſcírn uppi, at hann láti at kyrkio bœ enum nœſta, ef barn er eigi ſiúkt, enn ef ſótt er á barni, þá ſcal þat ſcíra, es vatni nǽr fyrſt. i. e. *Si* (baptizandum infantem ferentes) *paſtorem in via communi offendunt, & puerum baptizare rogant, ille* (paſtor) *ſi infans non aeger ſit, recte differt baptiſmum, ſi eum differat, donec ad proximam templi ſedem pervenerit, ſi vero aeger ſit infans, in loco, qvi aqvam praebet, proximo baptizetur.*

§. 6.

Baptiſterium, qvotiescunqve ſacris uſibus adhibebatur, à baptiſmi miniſtro in anteceſſum conſecratum eſt. (*a*)

(*a*) Sine dubio ſacerdos actu eodem baptiſterium & aqvam baptiſmalem conſecravit, vide ſupra cap. VI. §. 3. (b); Non obſtante, qvod Jus Eccl. Canuti M. proprie de baptiſterio ita loqvatur, art. 6. *Miri ſunt exorciſmi, atqve admirabiles illæ conſecrationes, qvibus in baptiſterio & evcharistia ſacrandis, hoſtis generis humani pellitur & profligatur.* K. b. Wäſtg. I. 1. ſl. vid. cap. V. §. 10. (b).

§. 7.

Veteres Chriſtiani loca, ubi baptiſmus peractus fuerat, ſancta crediderunt, & in honore magno habuerunt

runt, (*a*) qvemadmodum etiam baptiſteria in templis exſtructa, (*b*) qvippe qvorum tanta fuit ſanctitas & veneratio, ut hæc manu tangere nefas eſſet. (*c*)

(*a*) Veteres Dani & Cimbri qvantum honorem habuerint locis & fluminibus, baptiſmi adminiſtratione nobilitatis, docet T. Arnk. cimbr. heydenb. 1 B. cap. 10. hic inter alia referens §. 4. amnem Jutebeck in qvo Poppo Danos baptizavit, poſt Heilig-bach, flumen ſanctum, dictum eſſe, cujus aqvam viatores eqvis ſuis haurire non permiſerint: Ex noſtris hiſtoriis, Ol. ſ. h. nominat Walgotum dynaſtam Svecum, qvi locum ubi baptiſmum ſuſceperat, mox tanta religione proſecutus eſt, ut inde non recedere, mortemqve ibi opperiri vellet, qvin ſuprema ſu ordinans, magnam teſtamento reliqvit pecuniam, cujus beneficio ſa-cra aedes in hoc loco conderetur, annuis cenſibus dives. l. c. legimus: Var jarlinn nú ſcírðr, oc er því embætti var lokit, þá mælti jarl, nú vil ec eigi at ec ſe brot færþr úr þeſsum ſtaþ, þvíat mer ſegir ſva hugr um, at ec muni eigi marga daga lifa heþan i frá, enn ef ſva verþr, þá vil ec þeſs biþia, at her ſe kirkia ger til ſálubótar mer i þeſſum ſtaþ, ſem ek hefir ſcirn tekit, oc ſe þar ſe tillagit, ſo at ſú kirkia megi vel haldaz fyrir þeim ſőkum: ſva er ſagt at jarlin væri nærgætr, oc andaz hann, oc er ſva gert ſem hann baþ. i. e. *Deinde dynaſta baptizatus eſt, eoqve officio peracto, dixit; hinc me auferri nolo, mens enim praeſagit, me abhinc multos dies non victurum eſſe, qvod ſi acciderit, volo ut pro animae meae emolumento, in hoc loco, ubi nunc baptiſmum ſuſcepi, ſacra aedes exſtruatur, & huic reditus aſſignentur, qvibus in reliqvum ſarta tecta ſervari poſſit: ita proditum eſt, qvod dynaſta hic conjecturá non aberraverit, nam* (paulo poſt) *exſpiravit, ejusqve mandatum exſecutum eſt.*

(*b*) Baptiſterium non ſecus ac altare ſuis paramentis, ſuisqve cereis ſive luminibus ornarunt, ut videre eſt ex antiqva Scaniæ lege Eccl., qvæ plus ſemel ſacri fontis cereos ſive ſebeos nominat, hic inter alia. Kyrkie ſkal hafe þry lius, tu altera-lius, oc eit font-lius. i. e. *Sacra aedes tres cereos, nempe altaris duos, fontis unum habeat.*

(*c*) Res

(*c*) Res sacras qvascunqve nudâ laici manu contrectari, nefas Pontificii judicant, Engau. l. c. §. 19. seorsim de baptisteriis ita loqvitur. R. b. Wåstm. l. 17. fl. Nu skal klockari font wakta, han skal ài yppin standa långår än fontår wighis, oc barn döpis, standår han långår öpin, kan folk handom igripa, gålde klokkare thre öra; gripar annan man, än then som moghande år, böte ok thre öra, allår dyle medh thwem mannom, sialwår han år thridiå, gior owormaghi swa, wari saklöst, thy at han äi båtår konne. i. e. *Baptisterium, curae aeditimo sit, nec pateat ultra tempus quo consecratur, & infans baptizatur, diutius si patet, & forte populus illud manibus tangit, tres oras aedituus pendat; similiter, si qvisqvam alius contrectat, qvam is cui licitum est, ille oris tribus mulctetur, aut crimen amoliatur cum duobus testibus,* (praeter qvos) *ipse sit tertius; pupillus si ita fecerit, qvoniam non rectius agere novit, impunitatem habeat.* Similem metu profanationis cautionem adhibet. Sc. Eyl. Prestar sculu halda oc hafa fonta sina lokada. i. e. *Sacerdotes baptisteria sua servent, & clausa habeant.*

§. 8.

Similiter de vasis aliis, ad baptismum laicalem domi adhibitis, adeo religiose pia cogitavit antiqvitas, ut illa deinceps communi usu profanari non pateretur. (*a*)

(*a*) Ita Sc. J. qvam Girder episcopus Skalholtinus vulgavit & confirmavit, Item fyrir baud hann, at katlar þeir eda keruld sem börn skíraz i, oc heilög krisma kemr vid, sculo til einkis annars hafaz þadan af. i. e. *Etiam prohibuit* (episcopus Joannes Sigurdi) *ne quis lebetes aut labra, in qvibus baptizantur infantes, sive quae sacro chrismate tanguntur, ad alium postea usum accommodet.* Qvo etiam pertinere nemo non videt. Sc. Eyl. p. m. 19. Allt þat sem i messoklædom er, eda ödrum gögnum, þeim sem Gudi ero helgud eda vígd til handa, oc örfyrnd ero, skulu brend vera i kyrkiu, ef þau ero nytlaus, oc steype öskn hiá altari undir þili nidur. i. e. *Omnis missa-*

miſſalis ornatus, & alia quaevis utenſilia Deo conſecrata, qvam vetuſtate prorſus detrita, & nullius dehinc uſus ſunt, in templo exurantur, cinis autem ſub tabulatum ad altare effundatur. Confr. Jo. R. Engau l. c. §. 2.

Cap. XI.

De Fine Baptiſmi.

Synopſis.

§. 1. Inſtituti ratio redditur. §. 2. Spiritualis baptiſmi finis. §. 3. Hic non-bapizatis audacter abjudicatus. §. 4. Baptiſmi virtutem formæ legitimæ tribuerunt. §. 5. Primus civilis uſus ſacræ ſepulturæ honor. §. 6. Qvo non-baptizati minime fruebantur. §. 7. Dignos indignis qvomodo hic dignoverint. §, 8. Monſtrorum baptizatorum conditio. §. 9. Chriſtianæ ſepulturæ peculiaris fructus. §. 10. Si qvis indignus honeſtè ſepeliretur. §. 11. Ad infantes demum baptizatos jus hæreditatis pervenit, §. 12. Ita tamen, ut ſiqvid eſſet, dubium de hæredis baptiſmo tolleretur. §. 13. Neglecti paedobaptiſmi poena. §. 14. Adulti per baptiſmum eccleſiæ adſociati, §. 15. Alioqvin minime. §. 16. Si rectam fidem gentilis ſimularet.

§. 1.

Per finem baptiſmi hoc loco intelligas tam ſpirituales, qvam civiles virtutes & fructus, qvos eccleſia, maxime vetus ſacro baptiſmati tribuit. (*a*)

(*a*) De

(*a*) De fine baptiſmi ſcribens, non in meſſem alienam meam falcem immitto, Voſſius enim de Bapt. diſp. IV, & magno numero alii, fere tantum ſecundum noſtram hodie confeſſionem, & theologicè hanc materiam evolvunt; Nec ſua operâ me prævenit doctiſſimus Tr. Arnk, qvi Cimbr. heiden-bekehr. 1 B. cap. II. §. 16. 17. illam modò primorum in his terris Chriſtianorum de baptiſmo doctrinam exponit, qvam totus fere Chriſtianiſmus hodie recipit.

§. 2.

Apud veteres in boreâ Chriſtianos baptiſmus non unica ratione ſalutaris & utilis cenſebatur; ſpiritualem baptiſmi uſum recte agnoverunt, ut baptizatus ab omni originali labe purgaretur, (*a*) peccatis abſolveretur, (*b*) & certus aeternæ vitæ haeres evaderet, (*c*) qvanqvam noſtri hanc doctrinam interdum ad qvemvis ſtatum & caſum parum circumſpectè applicuerunt. (*d*)

(*a*) Qvod ſacri fontis lavacrum hominem redderet ſanctum & purum, veteres Dani, Norvegi, Islandi, baptiſmum vocarunt ſcírn & ſcíring i. e. *luſtrationem* ſive *purificationem*, vid. cap. I. §. 1. (a) ut etiam Anglo-Saxonibus fullnht *baptiſmus*, fullian *baptizare*, proprio ſenſu polire purgare (à Lat. b. *fullare*); Hic noſtri Græcos fere imitati ſunt, qvorum non diſſimili loqvendi uſu φωτίζειν *baptizare*, φωτισμὸς *baptiſmus*, i. e. illuminatio) dicitur, qvod in illo Spiritus ſanctus fide mentem illuminet, Bingh. lib. XI. cap. 1. §. 4. Hinc qvoqve circumciſionis ſacramentum ab eodem ſpirituali effectu, paſſim audit ſcurdar ſcírn, & umſkurnar ſcírn: Stiórn in Geneſi. Þat ſama veitti ſcurdar ſcírnin Ebreſkum mónnum til lauſnar, oc fyrirgefningar þeirrar ſómu ſyndar, ſem vatz ſcírn kríſtnum mónnum. i. e. *Luſtratio circumciſionis ita conduxit Hebræis ad liberationem, & ejuſdem peccati* (originalis) *remiſſionem, ſicut luſtratio aqvae* (conducit) *Chriſtianis.* Poſtula ſſ. in vita Pauli apoſtoli. Leyfdi hann at Timotheus værí ſcírdr

 umſcur-

umſcurnar ſcírn, fyri því hann var yfir þat fólk ſettr, er umſcurnar ſcírn hafdi. i. e. *Permiſit* (Paulus) *ut Timotheus luſtratione circumciſionis luſtraretur, propterea quod praeficeretur populo circumciſione luſtrato.* (i. e. Judæis converſis.)

(*b*) Hanc ſpiritualem baptiſmi virtutem glauco iridis colore notari, aſſerit Rímbegla (in Bibl. A. M. n. 544. formâ qvarti, membr.) Þeſsir litir regnbogans merkia þrefallda fyrirgefning ſynda, ein er í ſkírn heilagri, hin aunnur í idran ſynda, hin þriþia, þeirra er píndir ero fyrir Guds ſakir, vazlitr jarteignir fyrirgefning ſynda í ſkírn heilagri. i. e. *Iſti iridis colores triplicem peccatorum remiſſionem ſignificant; prima per ſanctum baptiſmum datur, ſecunda per commiſſorum peccatorum poenitentiam, tertia illorum eſt, qui Dei cauſa cruciatus perferunt; aqveus* (iridis) *color peccatorum remiſſionem in ſancto baptiſmo datam ſignificat.* De cætero hic obiter nota, qvod dictam efficaciam baptiſmo Joannis defuiſſe cum reliqvis Pontificiis (Voſſ. de Bapt. diſp. VIII. th. 11.) noſtri docerent; ſic enim de Expurgationibus liber, fol. m. 3. Sú ſkírn er Johannes ſkírdi fólkit, vann ei þörf til ſyndalavſnar, heldr til vanda oc undirbúnings ſannrar ſkírnar. i. e. *Baptiſmus, quo Joannes populum baptizavit, remittendi peccati efficaciam non habuit, cum tantum converſioni ad frugem, & praeparationi ad verum baptiſmum inſerviret.*

(*c*) Sic K. R. J. tit. 3. Scírnin nægiz meinlöyſligha framfarandi til æylífs fagnaðar. i. e. *Baptiſmus ad vitam aeternam conſeqvendam iis ſufficit, qui ſine crimine incedunt.* Feſti pandicularis, ſive omnium ſanctorum ſermo ſacer; Þeirra manna ſálur, ſem ei ſavrgudus í nockrum ſynda-fleckum, eftir tekna helga ſkírn, oc ſva hinna, ſem eftir framda miſverka, hafa fullkomliga hreinſaz med ſkriptum oc yfirbótum vid Gud, medan þeir lifdo her i líkama, eda ella hafa þeir ſtundliga píno þolat, eptir ſitt líflát, til algerrar hreinſunar, þá ſkulo þeir þegar fara til eylífs oc óumrædanligs fagnadar himínrikis. i. e. *Eorum animae, qui accepto ſancto baptiſmate, nullâ peccati labe inqvinati ſunt, ut etiam illorum, qui dum in corpo-*

corpore erant, post commissa crimina per disciplinam ecclesiae, & satisfactiones Deo gratas, (i. e. bona opera) *se perfecte repurgarunt, aut saltem temporales cruciatus, ad integram & absolutam expiationem, mortui pertulerunt;* (intellige cum Pontificiis ecclesiam sub terris, sive in purgatorio laborantem) *ad aeterna & ineffabilia regni cœlestis gaudia mox transferuntur.*

(*d*) Exemplo sint anus illæ Sidenses, qvæ praeconis verbis persvasæ, mox post baptismum in spem vitæ coelestis venerunt, vix fidei habita ratione; sic enim Hallum patrem familias alloqvuntur. Ol. s. T. m. sc. p. m. 861. Harla vel megu vid, - - - horfinn er uggr oc ótti, oc lífs leidindi, en vid høfim fengit fagnat oc gledi, oc sanna von ókominnar sælu. i. e. *Qvam optime valemus, - - - nunc metus & formido evanuit, vitaeqve taedia, sed gaudium & laetitiam nactae sumus, nec non certam spem futurae beatitudinis.*

§. 3.

E contrario ecclesia vetus, si qvis vel casu inevitabili ante baptismum fatis cederet, de animæ salute statim actum esse severè nimis judicavit, tam qvoad adultos, qvam infantes, (*a*) licet hos ultimos reliqvis ob atrocia peccata condemnatis, mitius haberi crederet. (*b*)

(*a*) Istam nostræ antiqvitatis fuisse opinionem constat ex K. R. V. tit. 3. ubi de matre loqvitur, natum proprium ante baptismum trucidante: Því er heidit mord verra enn kristit, at fyrirfarit er þes manns solo, er heidinn deyr. i. e. *Propterea ethnicum homicidium Christiano scelestius est, qvod ejus perdatur anima, qvi ethnicus* (sine baptismo) *moritur.* Hic, uti ex contextu apertum est, ethnicum vocatur homicidium, si infans nondum baptizatus occidatur, vide cap. I. §. 1. (c) Pari ratione id genus infanticidia detestatur membrana, (§. 2. (a) citata) de parentibus suos foetus necantibus dicens: Ero þeirra misgiórningar

égorligir, því þá fyrirferst barnit heidit, oc sva hinn illi fadir oc illa módir, nema þav gángi til skripta, oc idrezt medan lifa. i. e. *Horum delicta horrenda sunt, siquidem infans ethnicus perit, sicut etiam malus ille pater & mala mater, nisi dum vivunt, disciplinam ecclesiasticam subeant, & poenitentiam agant.* Cum his legenda Ol. s. h. cap. 133, nimirum cum rex Olavus sanctus causam indignabundus qværeret, cur se jam absente filius baptizatus fuisset; Sigvatus poëta aulicus regi respondit; Því barnit var at bana komit, oc myndi þat sí andans maþr, ef þat hefþi hæiþit dáit, enn nú er þat Guds maþr. i. e. (Baptismum festinavi) *propterea qvod infans morti erat vicinus, hic vero, si ethnicus decessisset, Satanae homo sine dubio fuisset, cum jam Dei homo sit.* Hinc infantibus sine baptismo occumbentibus, communem cum fidelibus sepulturam non concessit rigida superstitio, illos eodem ordine habens ac nefarios homines, sicarios, fures, adulteros, autocheires, cæt. (vid. §. 6. b.) qvos sine discrimine omnes vita æternâ & beatorum consortio exclusum iri temere sibi persvasit: certe in autocheires sententiam aperte dicit Sverris s. cap. 20. Vito ver at sá maþr, er ræþr ser bana siálfr, á einga van til Guds: in mea hujus historiæ affecta translatione vertitur; *Scimus quod sibi necem consultò afferens, spem ad deum veniendi non habeat;* qvibus pluribusqve verbis Sverer N. R. commotos suorum animos sedavit, cum totus exercitus in montium desertis, fame & tempestatibus fatigatus, miseriam suam morte violenta finire pararet. Nostri vero septentrionales, hic extra oleas vagantes, exteros secuti sunt, qvos inter ipse Augustinus, (qvamvis sibi non constans) & alii magni nominis viri, qvi puerorum ante baptismum mortuorum salutem negarunt. Sic Fulgentius: *Firmissime tene, & nulla tenus dubites, non solum homines jam ratione utentes, verum etiam parvulos, qvi sive in uteris matrum vivere incipiunt, & ibi moriuntur, sive cum, de matribus nati, sine sacramento sancti baptismatis de hoc seculo transeunt, ignis aeterni sempiterno supplicio puniendos, qvia etsi propriæ actionis peccatum nullum habuerint, originalis tamen peccati damnationem ex carnali conceptione & nativitate traxerunt.* Bingh. Lib. X. cap. II. §. 24.

(*b*) Sen-

(*b*) Sententiam illâ Fulgentii mitiorem fovit cum aliis G. Nazianzenus, infantibus ſine baptiſmo denatis, locum qvendam intermedium dari putans, tam cruciatibus, qvam vitæ æternæ deliciis vacuum, qvem poſteriores Pontificii *limbum infantum* vocarunt; hunc, ni fallor, citatus ſuperius feſti pandicularis ſermo ſacer reſpicit, cujus verba ſunt. **Hinna ſálur ſem i nockorri davdligri ſynd dáit hafa idrunar lavſir, þá fara þeir þegar í helvíti eptir líkams davdan, ſva ſem oc þeirra ſálur, ſem eigi hreinſuduz vid heilaga ſkírn, af inni gömlu ſynd, oc hafa þeir þo eigi jafnar pínur.** i. e. *Reliqvorum animae, qvi patrato qvodam mortali peccato, impoenitentes deceſſerunt, ſtatim poſt naturalem mortem in infernum deſcendunt, ut etiam illae animae, qvae à peccato antiqvo* (originali) *per ſacrum fontem nondum purgabantur, qvamvis* (hæ animæ) *paribus tormentis non ſubjiciantur.*

§. 4.

Verum qvemadmodum externus baptiſmi valor & auctoritas, (*a*) ita qvoqve, ceu veteres credebant, interna & ſalvifica ejus vis, à rite prolatis inſtitutionis verbis unice dependit. (*b*)

(*a*) Vid. cap. II. §. 13. & hic §. 6. (a) ubi **K. R. H.** & **K. R. Þ.** docetur à formula baptiſmali, recte & ſecus enunciata, pependiſſe, utrum puer hominis Chriſtiani nomine, honore, & privilegiis frueretur, an vero his excideret.

(*b*) Ut colligere datur ex Conſt. Lund., ubi in ſtatutis ſynodalibus ſeqventia verba legimus; *Item mandamus, qvod baptiſmus celebretur, cum maximis bonore, reverentiâ, & cautela, in proferendo verba, in qvibus tota vis conſiſtit ſacramenti, & ſalus puerorum, nominando puerum & dicendo; ego baptizo te. cæt.* Similiter jam ſec. VIII. ſenſiſſe legimus Bonifacium, Germaniæ ut vocant apoſtolum, qvi Bavari ſacerdotis baptiſmum ob formulam

barba-

barbarè pronuntiatam, pro irrito & inefficaci habuit, hinc à Zacharia papa non immerito caſtigandus. vid. Voſſ. de Bapt. diſp. II. th. 5.

§. 5.

Inter civiles baptiſmi uſus hunc præcipuum veteres ponebant, ut eorum funus, qvi per baptiſmum nomen eccleſiæ dederant, in ſacris ſepulcretis conderetur, (*a*) proximis tamen gentiliſmo temporibus, cum adhuc plebs templis & ſacerdotibus careret, hac gratia baptizati omnes frui non poterant, qvorum igitur tumbæ, vel aliqvot poſt ſepulturam annis, aqvâ luſtrali conſecratæ ſunt. (*b*)

(*a*) Fideles omnes & baptizatos ritu Chriſtiano funerari ll. antiqvæ jubent. K. b. G. tit. 15. K. R. H. tit. 47. K. R. Þ. tit. 2. K. R. J. tit. 13. cæt. Cum Odis, Hiberniæ Regina Chriſtiana, coloniam ad Islandos adhuc gentiles transferret, hæc moritura non paſſa eſt, ſe adinſtar gentilium communi terrâ condi, amicos ergo rogans, ut in ultimo littore, veniliæ ſubjecto, funus ſuum ſepelirent. Ol. ſ. T. II. 9. Avdr var grafin i ſandi, þar er flæþr geck yfir, ſem hún hafþi áþr fyrir ſagt, þvíat hún vildi eigi liggia i óvígdri moldu, er hún var ſcyrd. i. e. *Odis ſepulta eſt in arenâ, qvam accedens mare tranſit, ſicut ipſa in vivis praeceperat, noluit enim in terra non conſecrata jacere, cum baptizata eſſet.*

(*b*) Iſtam veterum Chriſtianorum parentationem egregiè deſcribit. Eyr. ſ. Rauda cap 9. Sá háttr var á Græn landi, ſiþan kriſtni kvam út þagat, at menn varo þar á bæum grafnir, er þeir ondoþuz, i úvígdri moldu, ſkyldi þar ſetia ſtœr upp af bryſti, enn ſiþan er kenni menn kœmo til, ſkyldi kippa upp ſtœrnum, oc hella þar i vigþu vatni, oc veita yfir-ſöngva, þótt þat væri myklo ſiþar. i. e. *Mos in Grönlandia aliqvandiu invaluit, poſt invectum ibi Chriſtianiſmum, ut in ſua qviſqve villa, ubi expiravit, humo communi mandaretur*

daretur, fuſte de humati pectore erectô, (qvi ex ſepulcro eminuit), *ſed cum ſacerdotes venirent, extracto fuſte, in foveam illam aqva luſtrica infundi, & hymni funebres ſuper mortuo cani debebant, ſi vel maximè longum tempus* (à ſepultura) *praeteriiſſet.* Qvin etiam hic ritus obſervari debuit, qvoties funus abſente parocho ſepeliretur, ut præcipit K. R. S. Ef preſtr er æighi hæima, þá ſcal þó lik niðr ſetia, enn þá er preſtr kömer hæim, þa ſcal ſtóyra niðr á kiſto, oc ſtóypa heilagt vatn í, enn hann ſcal Syngia yfir líkſöng. i. e. *Si parochus domi non eſt, tamen funus ſepulcro inſeratur; parochus autem qvando domum redierit, palus in ſepulcrum defigatur uſqve ad ſandapilam, & aqvam conſecratam* (ſacerdos) *infundat, hymnosqve funebres ſuper* (ſepulto) *canat.*

§. 6.

Contra, non tantum gentiles adulti, (*a*) ſed & ipſi Chriſtianorum infantes ſine baptiſmo denati, ſacræ ſepulturæ honore caruerunt, (*b*) in maris confinio humandi; (*c*) qvalis etiam ſeveritas ad partus nondum in lucem editos ſe aliqvando extendit. (*d*)

(a) De gentilibus adultis loqvi videtur K. R. J. tit. 13. Þeſſa ſcal æighi i kirkiu garði grafva, hæiðna mænn oc villu mænn, oc þá er frá hafva verit ſkilidir heilaghri kirkio. i. e. *In coemiterio ne ſepeliuntor ethnici, haeretici, & qvi à ſancta eccleſia ſeparati ſunt.* Haco Adalſteini alumnus, rex Norvegiæ Chriſtianus, jam moriturus fidelium ſepulturâ indignum ſeſe fatebatur, eoqvod cum ſubditis gentilibus converſans, rectam religionem, qva debuit fide, non ſervarat. Noregs konúnga tal: Þá buþu vinir hans at flytia hann veſtr til Englanz, oc grafa þar lik hanns at kirkio, k. ſvarar, ec er eigi þeſs verþr, ec lifða ſem heiþnir menn, ſcal mic oc ſva jarða ſem heiþna menn, meðr þeſso marki ſyndi hann iþran ſína. i. e. *Tunc amici ejus ſuum pollicentur officium, ut funus ejus occidentem verſus in Angliam nave veherent, & ad templum ibi ſepelirent;* rex

rex reſpondet, hoc honore dignus non ſum, moribus ethnicorum vixi, adeoqve ethnico more ſepeliar; his verbis ſignum ſuae poenitentiae dedit.

(*b*) Siqvidem, ut ante dixi, de ſalute infantum, ante mortem non baptizatorum actum eſſe credebatur, non mirum qvod illis, juxta cum notoriis peccatoribus, ſacra ſepulcra negarentur: R. R. H. tit. 47. Þá ſcal alla grafva i kirkiogarði er hæfvir ero, : : : : oc alla þá er eigi ero óbóta mænn, guðniðingar, tryggrofvar, morðvargar, opinberir ráns menn, oc bánſettir, oc þæir ſem tyna ſer ſiálfir, ſva oc þæir er telia eða fremia rángan átrúnað fyrir mönnum, okr karlar, oc þæir mænn eða börn, er æi ná ſcírn fyri döyða. i. e. *In coemiterio digni omnes ſepeliantur, & qvi criminis capitalis rei non ſunt, qvales apoſtatae, foedifragi, ſicarii, manifeſti praedones, excommunicati, & qvi ſibimet ipſis manus inferunt, ſic etiam illi qvi falſam religionem praedicant aliis, vel promovent, foeneratores, adultiqve vel infantes ante mortem non baptizati.* R. R. M. tit. 9. Oðáða mænn ſcal æi i kirkiogarði grafva, ſem ero dróttins ſvikar, morðingiar, flugu-mænn, oc þæir mænn eða börn ſem æi fá ſcírn fyri dæða ſinn. i. e. *In coemiterio homines flagitioſi ne ſepeliuntor, qvi ſunt dominorum proditores, ſicarii ad homicidia furtiva conducti, illiqve homines adulti & infantes, qvi baptiſmum ante mortem non ſuſceperunt.* R. R. M. Dan. tit. 3. Dør och barn adher till preſt kommer, och qvadis ſcirth hafva, er medfehr, da ſcal barn kyrkiogræſſt væra, ellers æy. i. e. *Si puer moritur antequam ad ſacerdotem venerit, comesque ejus illum à ſe baptizatum fuiſſe teſtatur; tunc fas eſt* (puerum) *in coemiterio ſepelire, alioqvin non* (fas eſt).

(*c*) Non baptizatos, & alios honeſtiore funere non dignos, ad ultimum veniliæ gradum ſepeliri jubet R. R. H. Þeſsa mænn ſcal grafva i flæðar-máli, af þvi þæir ero allir óbóta mænn, oc æi græfvir í kirkio garði. i. e. *Hi prope veniliae terminum defodiantur, qvia omnes ſunt culpae inexpiabilis homines, in ſacrum ſepulcretum non inferendi.* R. R. S. Þá menn ſem nú talda ec, ſkal grafva i flæðarmál, þær ſem mótir ſær oc grór torfva. i. e. *Homines illi qvos enumeravi, ſepeliendi ſunt in veniliae termino, ubi mare occurrit, & caeſpes viret.*

viret. K. R. M. Þessa mænn scal grafva i flæðar máli, þar sem mætizt grón torsva oc siór i. e. *Hi ad accidentis maris limites sepeliantur, ubi mare cum vivo cæspite conterminum est.* Contumeliæ causâ sic constitutum fuisse videtur, cum pessimæ notæ homines in medio patriæ gremio qviescere indigni haberentur; nec obstat qvod Odis supra nominata tale qvietorium terræ communi præferret. vid. §. 5. (a) Qvemvis locum remotum designare videtur K. R. A. tit. II. Udáda menn scal eigi i kirkio gardi grafa, sem ero - - - - þeir menn eda bórn, er eigi fá scírn fyri dauda, en þessa menn scal grafa utan gards, eigi nærr enn í örscots-helgi vid tún-gard, þar er hvarki se akr ne eng, oc eigi falli þadan vatn til bólstada, syngia eigi líksöng yfir. i. e. *In coemiterio homines flagitiosi ne sepeliantur, qvales sunt - - - - - homines adulti & infantes, qui baptismum ante mortem non susceperunt, illi extra coemiterium sepeliantur, non propius qvam unum sagittae jactum à septo areæ stercoratæ, ubi nec pratum est nec ager, nec inde ad villae sedem aqva fluit: in hoc funere hymni funebres non canantur.*

(*d*) Cum gravidarum partus morte præveniretur, utero extrahebant foetum, ne hic profanus communem haberet sepulturam cum matre Christianâ; qvam veteris ecclesiæ tyrannidem non obscure taxat multò recentior K.. R. J. tit. 13. Eingi scal oc ifvaz i því, at ef kona værðr með barni döyð, þá scal sva hana grafva i kyrkio garði sem aðra mænn, oc æighi scera, ne barn frá taka. Hujus juris eccl. translator A. Magnæus ita vertit. *Sic & nemo dubitet, si praegnans mulier moriatur, eam tanqvam alios homines in coemiterio sepelire, non tamen uterum caedere, aut infantem amovere licet.* Suis tamen locis res mitius agebatur, ita qvidem ut puerperis dystociâ absumtis modò aliqvid pompæ funebris detraheretur. Sturl. s. XII. 7. Þat var oc siþ-vani, at þær konor sem á sæng öndußuz scyldi grafva i kyrkio garþi, enn bera eigi lík þeirra i kyrkio. i. e. *Mos olim fuit mulieres ex puerperio decedentes in coemiterio humare, ita tamen ut in templum eorum funus non deferretur.*

§. 7.

Dicta ergo prærogativa, rite baptizatis unice debita, ne promiscui juris fieret, hanc in casu dubio cautionem adhibebant veteres, ut formulæ baptismalis verba sub parochi examen vocarentur, an ex præscripto fuerint enunciata, nec ne. (*a*)

(*a*) K. R. H. tit. 2. confr. supra cap. II. §. 11. (a), ubi allatis seqventia connectuntur: Hafva þav áðr rett mælt, þá er þat barn gróft i kyrkiogarði, enn ef þav mæla þá æi rett fyrir presti, þá mæltu þav æighi fyr rett, þá er þat barn æi græft i kyrkio-garði, hylia scal oc grafva i jörð ovígða, sva at æi nái hundar at eta, eða rafnar, ne fænaðr manna, enn ef nær, þá er hann sekr sæx ðyrum vit biscup er barni sculði varðvæita. i. e. *Modo* (laici, qvi puerum baptizarunt) *se recte dixisse probaverint, hic infans intra coemeterium componatur, si vero coram pastore examinati, formulas non recte proferunt, tunc nec antea recte dixerunt, qvare infans in coemiterio componendus non est, verum caveá condatur, & in terra profana defodiatur, ut nec canibus, nec corvis, nec hominum pecudibus accessus pateat, si autem accedunt, ille, cui infantis cadaver curandum, sex oras episcopo debet.* K. R. Þ. tit. 1. Siá maþr er barn hefir scirt, skal fara til fundar viþ prest, oc kveþa þav ord fyrir hanom, sva sem hann hafþi i barn-scírn, oc segia til atferla hverr fylgdo, ef presti þikir rett sú skírn, oc andaz barnit, oc skal grafa þat at kirkeo, oc syngia lík-saung yfir. i. e. *Ille* (laicus) *qvi infantem baptizaverat, pastorem conveniat, eaqve illi verba recitet, qvae in infantis baptismo adhibuit, modumqve simul retentum significet; si pastor talem baptismum censet rite administratum fuisse, infans, si moritur, juxta templum inhumetur, hymniqve in ejus funere canantur.* Conf. cap. II. §. 11 & 13.

§. 8.

§. 8.

Hinc primi Chriſtiani, cum partum qvendam inconditâ & prodigioſa corporis ſpecie genitum, baptiſmo cenſebant indignum, (*a*) toties eum honeſtâ qvoqve ſepultura prohibuerunt: (*b*) baptiſmo autem monſtris conceſſo, qvaſi per bonam conſeqventiam chriſtiana iis funeratio debebatur, (*c*) non obſtante qvod miſeri ejusmodi foetus poſt baptiſmum ſæpe ſine alimentis interirent. (*d*)

(*a*) Vide cap. III. §. 6. ſeqv, Primi Chriſtiani, ut ſuis ita ſumtibus parcerent, non foetus modo monſtroſos, ſed nonnunqvam alios forma debita praeditos, fero gentilium ritu exponebant, unde toties legibus eccleſiaſticis hujus criminis rei damnantur. K. R. S. Ef biſcup eða ármaðr kennir þat manni at han hafvi ſpilt barni ſíno hæiðno eða kriſtno, þá ſcal ſynia ſva þeſs morðs ſem annars, enn ef ſá æiðr fællr, þá fællr hanom til utlægðar. i. e. *Si epiſcopus aut ejus oeconomus quenqvam accuſaverint, qvod prolem ſuam Chriſtianam vel ethnicam perdiderit, is hoc non ſecus ac alia homicidia ejuret, ſi vero juramentum non ſuccedit, exilio multetur.* K. R. J. tit 5. Nú ef maðr ſlær út barni ſíno, gángi til ſkripta, og bæti vit Gudh, en biſkupi Xii ðyra. i. e. *Si qvis infantem exponit diſciplinae eccleſiaſticae ſe ſubjiciat, Deoqve ſatis faciat, epiſcopo duodecim oris ſolutis.* Hanc ipſam barbariem legibus Islandorum, ab initio Chriſtianiſmi latis, toleratam fuiſſe oſtendi cap. III. §. 8. (a)

(*b*) Ita K. R. V. tit. 1, qvi nævis foetus humani enumeratis, per qvos ipſum baptizari non liceat, hæc habet; Þet ſcal á förvi færa, oc röyra þar er hvarki gengr yfir mænn ne fenadhr, þet er förvi hins illa. i. e. *Hoc* (monſtrum) *in avia feratur, & contumuletur, ubi nec homines perambulant nec pecudes, hic mali illius* (Diaboli) *avia ſunt.*

(*c*) Le-

(*c*) Leges eccleſiaſticæ, monſtra baptizari ſinentes, hæc poſt baptiſmum fatis functa, in coemiterio terræ mandari jubent; qvalis vero monſtrorum baptizatorum fuerit conditio, ſimul deſcribit. K. R. H. tit. 6. Ef þat barn er alit, er hærliki er á, hefver æi manns hǒfuð, oc æi manns rǒyſt, þá má færa til kirkio, ef ſynizt, oc láta preſt ſcíra ef hann vill, oc grafva gróf i kirkio-garði, oc læggia þar barnit í, læggia þar yfir hællo ſem bezt, ſva at hverki nái hundar ne ne rafnar, oc láta þo æi jǒrð á falla, fyrr enn dǒydt, er oc láta lifva ſva leingi ſem má. i. e. *Si infans in lucem editur, hirſutis feris ſimilis, qvi nec caput humanum nec vocem humanam habet, ille, ſi ita videtur, ad templum feratur, paſtoriqve tradatur, qvi eum ſi velit baptizet, in foveam intra coemiterium effoſſam demittatur, petrâ qvam fieri poteſt accuratiſſime ſuperpoſita, ut nec corvi accedere poſſint, nec canes, curâ tamen habita, ne terra, priusqvam* (puer) *emortuus eſt, ſuperincidat, ut vivat qvamdiu poterit,*

(*d*) Veteres Chriſtianos non foetui cuilibet baptizato vitæ gratiam feciſſe, diſcimus ex proxime allato legis Heidſivicæ loco, qvocum facit K. b. G. tit. 20., qvi monſtra baptizata in templis, usqve dum fame vel frigore exſpirent, ſervari jubet, & in templi ſepulcreto poſtmodum condi. Vide ſupra cap. III. §. 7. (a). Si vero infantem humano capite natum alii deformarent naevi, hunc ſecundum epiſcopi arbitrium exſtingvi aut enutriri vult. K. R. H. tit. 5. Enn ef ſva berzt at, at barn er með ǒrkumlom alit, ero kálfvar á bæinom framan, enn avgu i hnakka, oc afguliki alit, oc hefver þat manshǒfvut oc mans rǒyſt, þá ſcal ala, oc til kyrkio fǒra, oc ſcíra, oc fǒða ſiðan, oc fǒra á fund biſcups, oc ſyna hanom barnit, oc giǒra ſiðan ſæm hann læggr ráð til. i. e. *Si ita contingit, ut cum naevis infans naſcatur, qvi ſuras habet in cruribus antrorſum, in occipiti oculos, & formam corporis prorſus perverſam, caput vero hominis, & vocem habet, hic alatur, ad templum feratur, baptizetur, aliqvantiſper nutriatur, ad epiſcopum delatus ipſi oſtendatur, & deinceps prout hic ſuadet, tractetur.*

§. 9.

§. 9.

Ex tali Chriſtianæ ſepulturæ licentiâ, propter baptiſmum omnibus permiſſa, hanc porro utilitatem mortui infantes percipere credebantur, ut eorum corpora in locis ſacris, maloqve ſpiritui inacceſſis, qvieſcerent ab infeſto ejus regimine libera (*a*): cum è diverſo, ſive ob defectum baptiſmi ſive aliis de cauſis, hoc fidelium conſortio privati, à Satanâ occupari, & in ſpectra verti crederentur. (*b*)

(*a*) Etiam hunc fructum vulgus baptiſmo tribuit, tam à ſacris ſepulcretis, qvam poſthuma animarum ſalute fluentem. Arna B. ſ. cap. 7. Herra Arni biſcup breytti oc maurgom ſcipanom hinna fyrri biſcupa til miſcunſemdar, hann ſcipadi at þav börn ſem ei feingi ſcírn, ſcylþi grafa utan vit kyrkio-gard, en ápr váro þav grafin fiarri helgom ſtauþom ſem fekir menn, oc köllndo menn þá utburþi; veitti þat oc mörgum ſinnum, at i þeim ſtödum er þav varo grafin, fengo menn, ſökum eiginnar vantrúar oc Andſcotans umſáturs, ymiſligar ſóttir eþa margskonar mein, med undrſamligom ſiónum, enn ſiþan virduligr faþir Arni biſkup eyddi þeſsi villo, fengo menn ecki mein af þeſsu fiandans umſátri; fann oc fyrrnefndr herra dyrdarligt dœmi hins mykla Ambroſii oc Auguſtini til þeſsar ſcipanar, þeſs er heldr kveþz vilia vera ſem þeſsi börn, enn eigi vera, þat taka ſo víſir menn, at hann vildi heldr ega þeirra heimvon. i. e. *Dominus episcopus Arnas plurimas priorum episcoporum conſtitutiones ad miſericordiam mutavit, infantes ſine baptiſmo mortuos, prope ſeptum templi extrinſecus defodi juſſit, verum antea, ſicut homines rei, procul à locis ſacratis humabantur, expoſititii dicti, nam ſaepe ita contigit, ut ex propria incredulitate, & Satanae inſidiis, in locis, qvibus erant ſiti, varii ſentirentur morbi, multiplicesqve moleſtiae, cum mirabilibus viſionibus; poſtqvam vero pater venerabilis Arnas episcopus iſtas erroneas opiniones exſtinxerat, ex his hoſtis inſidiis nulla homines incommoda perceperunt; ad hanc conſtitutionem ante nominatus dominus applicuit glorioſum exemplum*

 magni

magni Ambroſii & Auguſtini, dicentis velle ſe his infantibus ſimilem potius qvam diſſimilem eſſe, id ſapientes ita intelligunt, qvod tam certam ac illi ſpem ſalutis habere voluerit, Vide ſupra Z. R. V. §. 5. (b).

(*b*) Cum poſt traditam Grönlandis antiqvis fidem, multorum cadavera ob templorum raritâtem communi terræ mandarentur, hæc magno numero ſpectra deinceps apparuiſſe narrat, & Diabolo id interpretatur Eir. ſ. R. cap. 9. ubi defuncti Chriſtiani umbra, hunc abuſum qverens, ita inducitur; Er þat eingi góþra manna háttr, ſem her hefir verit á Grœnlandi, ſiþan kriſtni kom her, at ſetia menn niþr i ovígþa mold, vid litla yfirſöngva; Nú vil ec mic láta til kyrkeo flytia, oc aþra þá menn er her hafa látiz. i. e. *Illa bonis hominibus non eſt conſvetudo, qvam Grönlandia inde â Chriſtianiſmo hic recepto tenuit, defunctos homines in terra non conſecrata humare, adhibitis qvam pauciſſimis funeralibus hymnis; volo igitur ut ego, qvique hic perierunt alii, ad templum feramur.* Horrendum memorat caſum Gudmundar ſ. Goda, de puella infante nondum baptizata, qvam ab impiis ſponſoribus, vel potius ſponſuris, in ſolitudine relictam, ſupervenit Diabolus, & corpus ejus ſive vivum ſive exanime induit: Gudmundr biſcup vann ſigr á fianda þeim, er meiddi menn, oc gördi ſva mykinn ofrid af ſer, at varla fanz dœmi til í þann tíma kriſtninnar; bœr het á Eyrum, ſem er nordr frá Kalladar neſi, þar var mey-barn fœtt; váru fengnir til tveir menn, karl-madr oc kona, at fœra barnit til ſkírnar á Stad i Steingríms-fiörd, því at þá var enn eigi kirkia á Kalladar neſi, oc er þav kvamo til veikleiks ſins; þá leggiaz þav nidr, oc leyſir konan af ſer barnit, enn hann legz med konunni, nú er þav kvamo til barnſins, ſyniz þeim þat dautt oc illiligt, oc þar láta þav eptir barnit, enn er þav váro ſcamt á brott, þá heyra þav barns-grát, oc fara þegar eptir hliódinu, ſyndiz þeim þat þá illiligra enn fyrr, oc þora eigi i nánd at koma, fara nú heim, oc ſegia af hit lióſaſta, at því ſinni; ſidann fóru menn at leita barnſins, oc finna eigi, enn littu ſidar ſyndiz þar kona, oc eigi fríd áſyndar, þviat ſtundum þotti ſels-höfut á vera, fyrir þat var hon Sel-kolla köllut: ſkildu menn nú af þeim

át

atburdi, at óhreinn andi var lavpinnsi ſbúk barnſins, oc mátti ſiá ſianda þann daga ſem nætor. i. e. *Gudmundus episcopus victoriam reportavit a cacodaemone illo qvi vulneravit homines, & tantas civit turbas, ut vix extaret simile exemplum, illo christianismi tempore. Villa qvaedam dicta est á* Eyrum (in actis), *boream versus à Kalladar-neso sita; hic cum puella nasceretur, duo homines, vir & foemina, conducti sunt, qvi infantem ad baptismum ferrent Stadum, in territorio Steingrims-fiordensi, sacra enim aedes nondum fuit Kalladar-nesi: cum vero illi sua infirmitate ducerentur, subsistunt* (in viâ), *mulierqve infantem ab humeris solutum deponit, vir autem cum illá concumbit, postea illis ad infantem redeuntibus, videtur hic mortuus & torvus, qvare eum relinqvunt, sed parum digressi audiunt infantilem vagitum, qvam vocem mox seqvuntur* (retro), *puerumqve vident torviorem qvàm antea, nec ad eum cominus accedere audent; domum ergo revertuntur, & tunc demum distinctè referunt omnia. Deinde qvidam abeunt infantem qvaesituri, nec tamen inveniunt; sed non multò post hic apparebat mulier, haud aspectu formosa, nam subinde visa est phocae habere caput, unde vertex phocae dicebatur. Ex hoc casu intellexerunt omnes, qvod corpus infantis occuparat spiritus immundus, qvi hostis se noctes diesqve videndum sitit.*

§. 10.

Si non baptizatus, neglecto legum præſcriptô, in coemeterio conderetur, cadaver ejus ſepulcro extractum & ejectum eſt, (*a*) certâ mulcta ſepelientibus irrogatâ. (*b*)

(*a*) Hæc ſeveritas extendit ſe ad omnes honeſtâ ſepultura indignos, adeoqve etiam ad homines adultos, & infantes ante mortem non baptizatos. K. R. J. Scal hværr þæirra er þeſsi lík flytr eða niðr græfvr í kirkiogarði, giallða biſcupi hálfan annan æyri, oc ſcal grafva upp, oc ut úr kaſta, ef græina má þeirra bæin frá annara kriſtinna manna bæinum. i. e. *Unusqvisqve qvi haec cadavera in coemeterium vehit, ibiqve defodit, episcopo sesqvi-oram solvat, funus*

funus vero effodiatur & è coemeterio ejiciatur, ſi oſſa illa ab aliorum Chriſtianorum oſſibus dignoſci poſſunt. Ut alios mittam, ſpectat etiam huc Laxdœla ſ cap. 89, qvæ de templo Helgafellenſi (occidentalis Islandiæ) effoſſas & abjectas fuiſſe refert ſagæ gentilis profanas reliqvias, mira ſane occaſione hic repertas, videlicet, cum religioſa matrona, & & in hiſtoriis antiqvis percelebris, Gudruna Oſvifi filia in hoc templo ſæpius noctu oraret, neptis ejus in ſomnis aliqvando vidit mulierem, qvæ cineribus ſuis ibi qvieſcentibus, hac inviſa devotione magnam creari moleſtiam qverebatur; unde res detecta eſt; locus citatus habet; Þat er ſagt eina nótt at meyna Herdíſi dreymdi, at kona kvæmi at henni, hún var i veſiar ſkickiu, oc ſyndiz henni konan ſviplig, ſú tók til orþa oc mælti; ſeg þú ömmu þinni, þat mer líkar illa, er hún bröltir allar nætor á mer, oc fellir dropa þá yfir mic, at ec brenn öll af hita þeirra, - - - ſíþan vaknar Herdís, oc ſagdi Gudrúnu dravmin, henni þótti fyrirburdr; um myrginin eptir let Gudrún taka upp nockurar fialir or kirkio gólfi, þar ſem hún var vön at falla á knebed, hún bad grafa þar niþr i jörd, oc funduz þar undir bein, þav voro illilig oc blá, þar fanz oc kyngia, oc ſeiþ-ſtafr mykill, þóttuz menn þá ſkilia, þar hafþi verit völu leiþi, vóru þegar þav bein færd langt á brottu, þar ſem ſízt vóro manna vegir. i. e. *Vulgo dicitur nocte quadam virgini Herdiſae per ſomnum apparuiſſe, quod mulier illam accederet, ſtola textili induta, quae vultu gravis puellae videbatur, haec exordiens dixit: aviae tuae referes, diſplicere mihi, quod illa qvavis nocte ſuperme ſtrepens reptet, & guttas* (i. e. lacrymas) *infundat mihi, quarum ardore tota flagro; - - - deinde Herdiſa evigilans ſomnium Gudrunae narrat, quae aliqvid illo portendi judicavit: poſtridie manè Gudruna ex templi pavimento, ubi ad genuum ſcabellum* (orans) *procidere conſvevit, aſſeres aliquot removeri, & terram effodi juſſit; hic oſſa tetra & livida inventa ſunt, una cum faſcino, & magno charactere magicò, unde omnes collegerunt, foeminae fatidicae ſepulcrum hic eſſe: haec ergo oſſa procul ablata fuere, eum in locum, ubi hominum itinera rariſſime fiebant.*

(*b*) Vi-

(*b*) Vide **A. R. J.** nuper allatum. Eum qvi puerum non baptizatum ritu ſolenni ſepelivit, trium marcarum mulctam dediſſe, vides ex **A. R. S. Ef biſcup eða hanns ármaðr kænnir þat manni, at hann hafvi grafvit barn hæiðit i hælga jörð, oc verðer þat á ſtrðkvi, er til er ræynt, þá ſcal ſá maðr er þá ſök ſagði, bóta fyri þat þriár mercor biſcupi þæim, er hann hinum hugði.** i. e. *Si epiſcopus vel ejus Vicarius eo nomine qvenqvam in crimen vocat, qvod infantem ethnicum humo conſecrata condiderit, eaqve criminatio falſitatis convincitur, delator tres marcas pendat illi epiſcopo, cui ut alter mulctam ſolveret, efficere voluit.*

§. 11.

Porro Chriſtianorum pueri & illam praerogativam baptiſmo acceptam ferebant, qvod jam initiati bonorum paternorum haeredes primùm vocarentur. (*a*)

(*a*) Ut modernæ, ſic antiqvæ leges infantibus demum baptizatis jus hæreditarium dederunt: **Jóns b. Erfðat.** cap. 1. **Barn tekr arf eptir faudr ſinn, oc adra menn, at þat ſe getit enn eigi fædt, ef þat kemr med líſi i liós, oc verdr ſcirt.** i. e. *Infans, qvi* (ante ſuorum propinqvorum mortem) *conceptus non natus eſt, poſt patrem aliosqve homines haereditatem obeat, ſi vivus in lucem editur, & baptiſmum nanciſcitur.* Negativam in caſu contrario ſententiam dicit Lex Sæl. titulo **Utarvæ mal: Tæt ſcal man oc vithæ, at æncte thæt barn ær hethét dör, ma ærve.** i. e. *Etiam hoc unusqvisqve ſciat, qvod infans nullus qvi ethnicus moritur, haereditatem accipere poſſit.* Item lex Cimbrica Mſc. Lib. I. cap. 1. **Barn æf thet worther Chriſtneth, ſtande arf, oc ai eller.** i. e. *Infans haereditatem adeat, ſi Chriſtianis ſacris imbuitur, ſecus exhaeres faciendus.*

§. 12.

Siqva verò lis de infantis baptiſmo oriretur, illam mater interpóſito juramento ſolvere tenebatur; (*a*) cujus

 affir-

affirmativum teſtimonium, aliorum teſtium negativo, magiſtratus prætulit. (*b*)

(*a*) Lex Scanica. lib. I. tit. 2. Bede ſigh ſwa Gudh til hielpe, at thz wor fødh mz nagel oc-næſse, med hudh och haar, och ſik ſin kriſtendom, oc ſkal ther arff ſtonde. i. e. *Divinum auxilium ita ſibi exoptet, ut ille* (infantulus) *cum ungve & naſo, cum cute & piló natus fuerit, baptiſmumqve receperit, hoc pacto puer jus haereditatis adipiſcitur.*

(*b*) Lex Eccl. Scan. tit. 4. Scil them ath om barn ſik Criſtendom, tha er then nermer ath widhe at thz ſik Criſtendom, en hin ther geen mòler. i. e. *Si de hoc diſſentiant, qvod infans Chriſtianae initiationis particeps fuerit, tunc ille, qvi puerum baptizatum fuiſſe perhibet, teſtis competentior eſt, qvam qvi contradicit:* qvem canonem ſuum qvoqve facit Lex Sæl. citato ſupra loco; Æn værthær thær ſcialuat a, tha ære then nærmer ær thæth wil vithæ til Criſtindom. i. e. *Si vero* (de baptiſmo pueri) *diſſentiatur, is potius audiatur cujus teſtimonium pro infantis baptiſmo facit.*

§. 13.

Cum ergo tot & tantos uſus per baptiſmum infantes conſeqverentur, magiſtratus eccleſiaſticus poenas graviſſimas ſtatuebat, tam in ipſos parentes ſive tutores, cum procraſtinationis ſive negligentiæ culpâ ſine baptiſmo puerum emori ſinerent, (*a*) qvàm in illos, qvi rogati baptizandum ad paſtorem ferre recuſarunt. (*b*)

(*a*) Parentibus baptiſmum infantis, donec mors obrepſerit, in longum differentibus exilium imperat. K. R. A. tit. 1. Heldr hann lengr enn fimm nætor, oc deyr barnit óſkirt forfallalauſt, þá er hann útlægr, oc komi aldreigi í land aptr; utan med ſerligri konúngs

ſins

sins náð oc leyfi. i. e. *Si ultra qvinqve dies infantem domi detinet, & hic sine baptismo moritur, neqve impedimenta affuerint, ille exulet, & in patriam nunqvam revertatur, nisi specialis regis gratia & permissio intervenerit.* Qva poenâ etiam tenebatur mater foetum exanimem pariens, nisi parricidii suspicionem à se dimoveret. B. R. Heidſ. tit. 7. ubi serva in exemplum sumitur: Ef ambót gerir sængr-för sina, oc elr barn dóytt, oc synir æi vætti, þá má biskups ármaðr kænna henni morð hæiðit, þá skal hon vinna æið med tveimr conom, at æi myrdi hon barn sitt, enn ef sá æiðr fellr, þa falli henni til útlægðar. i. e. *Si ancilla parturit, & infantem enititur mortuum, quem testibus non ostendit, episcopi vicarius eam infanticidii ethnici accuset, illa vero cum duabus foeminis, se suum infantem non necasse confirmet juramento, quod si dare non potuerit, exilio multabitur.*

(*b*) B. R. Þ. tit. 1. Skyldt er þeim barn at færa til skírnar, er fyrstir verþa til qvaddir, enn ef sá maþr færir eigi barn til skírnar, er skyldr er til, eþa syniar maþr farar eþa skips eþa eykiar at nauþsynialausu, oc varþar þat fiórbaugs-garþ. i. e. *Qvicunqve primus rogatur, infantem ad baptismum ferre debet, sin secus fecerit, à qvo hoc officium jure postulatur, sive ire, aut navim aut eqvum commodare, sine sontica causa negaverit,* (ejus pervicacia) *circuló vitae punietur.*

§. 14.

Qvi à gentilismo ad fidem Chtistianam convertebantur, ut ad intimius & fraternum cum ecclesia sodalitium, ita ad rerum qvarumvis utilium communionem recipiebantur. (*a*)

(*a*) Nomen Christianum, & communes reliqvis Christianis prærogativæ baptismum seqvebantur, qvales fuere: (*α*) Publica vitæ & bonorum securitas, qvam Olafus Tryggonis f. Norvagorum rex & primus conversor gentilibus promisit, modo in fidei praeconium consentirent; sic

Ol. f. T. lib. II. cap. 36. Nú vil ec gearnan, ef þess er kostr, at þer letut at mínum fortólum, oc leggit niþr fornan átrúnat, enn takit i móti Christni oc sanna trú almáttugs Guds, scolu þer þá halda eignum ydvarum oc ættjörðum, oc þar med hafa hiá oss samfagnat oc sæmd, vald oc virdingo. i. e. *Hoc admodum mihi placebit, si impetravero, ut meis consiliis vosmet ipsos attemperetis, priscaeqve religioni renunciantes, Christianam & veram in Deum omnipotentem fidem acceptetis, hoc enim factô, possessiones vestras & praedia haereditaria retinebitis, praetereaqve gaudiis & honore, potentia & dignitate nobiscum fruemini.* (β) Jus hæreditarium, qvod leges Christianæ paganis abjudicarunt. Lex eccl. Scan. lib. I. cap. 3. Faar then ey Christendom, tha staar then ey arff, forthi at hedhin man ma ey ærffe. i. e. *Si qvisqvam Christianismum non recipit, jus adeundi patrimonii non habet, nam homini ethnico haereditatem cernere non permittitur.* Nempe principes Christiani paganos, qvos ob fidei contemtum sæpe vitâ & opibus spoliabant, multò minus hæreditatem capere siverunt; confr. Egla cap. 49. de Haqvino I. Norvegiæ rege, qvi, licet patriæ legis observantissimus, hac forte ratione, utut alias praeverteret caussas, viro gentili Islando debitum jure hæredium eripuit. (γ) Licentia conjugii cum foeminis fidelibus contrahendi, ubi superius laudati Olafi Tryggonis filii Norvegiæ regis exemplum notari meretur, qvi suas, qvas plures habebat, sorores procis gentilibus hoc pacto elocavit, ut receptâ fidê & baptismô nomen ecclesiæ darent: Snorro Sturlæus lib. VI. cap. 7. alibi: Qvippe pagano, si modo eâ ratione ad fidem duceretur, Christianam nubere ipsæ leges probarunt. Artic. Jur. Eccl. *Sponsalia potest fidelis cum infideli contrahere sub conditione, ut infidelis convertatur ad fidem.*

§. 15.

E contrario severè legibus cautum est, ne qvis Christianus cum homine gentili conversaretur, sive haberet aliqvid commercii, (*a*) siqvidem credebantur fideles infidelium familiari consvetudine contaminari. (*b*)

(*a*) R.

(*a*) K. b. G. Ef madr heidinn kemr á land vart, og hefir hann þat í ſinu máli, at hann vill þingat fara ſem kennimænn ero, oc láta ſic hefvia yr hæiðnum dómi, þá ſkal hann fæða, oc láta einan i mótuneyti vera; enn ef hann umbfer kirkeor eþa kennimænn, oc letr ſic eigi hefvia yr hæiðnum dómi, þá ſcolo þeir menn ſem fæða hann einne nótt lengr, oc blanda við hann mótuneyti gealda fyri þat XL. mercor. i. e. *Homo ethnicus, qvi in noſtram venit terram, ſi ſe ſacerdotes eſſe viſurum, & velle baptizari dixerit, alatur qvidem, ſed ſolus cibum capiat, ſi vero non baptizatus templa ſacerdotesqve praeterit, homines, qvi ultra unam noctem eum cibant, vel menſae ſocium habent, marcis qvadraginta mulctentur.* K. R. J. Ef madr húſar heidinn mann Xji mánoði, þá á biſcup hværn æyri, enn kona hans hafvi ſe ſitt, enn bæði gángi till ſcripta, oc bæti við Guð: i. e. *Si qvis duodecim menſes ethnico homini domum communicat, epiſcopo omnis Ora,* (omnes heri facultates) *debetur, uxor vero ſuam fortunarum partem retineat, utriqve tamen diſciplinam eccleſiaſticam ſubeant, & Deo ſatisfaciant.*

(*b*) Turpe Chriſtiano eſſe, cum heterodoxis qvomodocunqve rem habere, judicavit Olafus Tryggonis N. R. Ol. ſ. T. II. p. 62. Er þat eigi heyriligt, at kriſtnir menn flecki trú ſina ſva, at þeir egi kavp vid heiþingia, oc annat vinſcapar ſamneyti, ſva ſem vid ſina brædur. i. e. *Ferendum non eſt, Chriſtianos homines ſuam fidem ita inqvinare, ut cum ethnicis commercentur, aut tanqvam cum fratribus ſuis aliud amicitiae conſortium habeant.*

§. 16.

Gravibus etiam poenis obnoxii fuere ipſi gentiles, vel homines non baptizati, ſi qvando rectam fidem ſimulando ad Chriſtianorum civilem communionem irrepſerunt, (*a*) qvod ne facile fieret, interdum mota ſuſpicione, Chriſtiani de extraneorum vel ignotorum hominum baptiſmo & fide qvæſtionem habebant, qvo facto vel receperunt eos, vel ſedibus ſuis ejecerunt. (*b*)

(*a*) Ferebant principes Christiani iniqvo animo ethnicos, subditis orthodoxis admixtos, qvibus nec leges impunitatem dedere; sic enim K. R. J. Madr hværr er sitr hæidinn á landi þesou, oc læynir hann þvi, þá hefvir hann farit fridi sinum vid alla mænn, oc fe sinu vid biscup. i. e. *Unus qvisqve homo, qvi ethnicus* (non baptizatus) *in nostra terra confidet, idqve occultum habet, eo ipso securitatem apud omnes cives perdit, fortunasqve suas episcopo debet.*

(*b*) Ut ex historiis notissimum est, veteres Christiani hanc cautelam non raro adhibuere, legibus etiam id præscribentibus. K. R. H. Ef madr kemer af landi því sem litt er kristit, oc segiz vera kristinn, nú ef hann kann næfna prest þann er scírdi hann, oc Gudfódr oc Gudmodur, þat hæildar honum, enn ef hann misseir þess, þá scál þæim fimt geyra er i húsi hefir, at hann se scírdr at fimt, enn ef hann er æighi scírdr, þá er húsbondi hans sækr Vj ðyrum vid biscup, enn hinn fari utlægr. i. e. *Siqvis veniens à terrá, fidem non ubiqve servante, se esse Christianum confitetur, Si* (inqvam) *sacerdotis se baptizantis, compatrisqve sui & commatris nomina recitare potest, id eum salvat, si vero haec nomina oblitus est, hero ejus qvinqve dierum spatium ponatur, ut hospitem suum ante qvintum diem baptizari curet; si vero tunc baptizatus non est, herus ejus sex oris episcopo solvendis mulctabitur, ille vero* (advena) *exulet.*

Cap.

Cap. XII.

De Anabaptiſmo.

Synopſis.

§. 1. Baptiſmum in nomine Dei datum repeti non oportuit. §. 2. Anabaptiſmi exemplum in hiſtoriis noſtris non occurrit. §. 3. Baptiſmus irregularis pro nullo vel irrito habitus. §. 4. Qvando ſub conditione veteres baptizarint. §. 5. Baptiſmum prave adminiſtrantis poena. §. 6. Rebaptizati ad ſacerdotium promoveri non poterant.

§. 1.

Baptiſmum, in ſancto Dei triunius nomine, cum aliqva aqvæ aſpergine infantibus collatum, tantam habere efficaciam noſtri veteres cenſebant, ut repeti minime deberet, licet nec aqvâ conſecrata fuiſſet adminiſtratus, (*a*) nec aſperſu triplici, aut imerſione. (*b*)

(*a*) Expreſſis hoc docet verbis K. R. Þ. tit. 1. non eo obſtante, qvod alias (vid. cap. VI. §. 3. (a)) ad uſum baptiſmi aqvam conſecrari jubeat. Eigi ſcal ſcíra barn í annat ſinn, ef þat heſir ſcírt verit i namni Fauþr oc Sunar oc Anda heilags; ⸗ ⸗ ⸗ þótt eigi ſe vatn vígt eþa eino ſinni ídrepit. i. e. *Non iterum baptizetur infans, ſi prius in nomine Patris, Filii & Spiritus ſancti - - - baptizatus eſt, licet aqvam non adhibuerint conſecratam, aut ſemel merſerint.*

(*b*) Qvam-

(*b*) Qvamvis has & alias ejusdem valoris cerimonias in baptismo adesse mallent, tamen pro arbitrariis & mutabilibus illas recte noverunt; sic enim Grág. in appendice: Eigi scal barn optarr scíra, þótt scorti orþ eþa atferli, ef áþr es scírt i namni Föþor oc Sunar oc Anda heilags, enda hafi nacqvat vatt orþit. i. e. *Infans non rebaptizetur, qvamvis verba aut ceremoniae in ipsius baptismo absfuerint, modo in nomine Patris Filii & Spiritus sancti fuerit baptizatus, & simul leviter immaduerit.*

§. 2.

Qvantum igitur ex nostris scriptoribus observare hactenus licuit, anabaptismus in primâ boreæ ecclesia factitatus prorsus exemplo caret, cum nec apostasia nec casus alii, locum illi facerent. (*a*)

(*a*) Confr. Ol. f. T. Impr. lib. II. p. 194. Heimskr. lib. XII. cap. 27. Ol. f. H. cap. 45. Svenonem Barbæ furcatæ Daniæ regem à Christiana fide descivisse, sed cum exul in Scotia resipisceret, denuo sacro fonte initiatum fuisse, sine idoneis fundamentis tradunt Arnk. Cimb. Heidenb. IV. B. XI. cap. §. 8, & post illum E. Pontopp. Ann. Eccl. lib. I. p. 78. adducti Saxonis & Erici Pomerani auctoritate, qvi hunc principem in Scotia baptizatum fuisse scribunt; qvamvis enim Saxo & Ericus Pomeranus hoc casu & aliis divortium faciant à nostris auctoribus, qvi Svenonis baptismo locum alium, & tempus longe prius assignant, tamen hunc bis esse baptizatum exinde non tutò concludimus.

§. 3.

Forma vero necessaria si omitteretur, aut de omissâ certior esset suspicio, tum baptismum formalius senserunt esse administrandum (*a*), fortè praxi apostolica minus recte in exemplum propositâ. (*b*)

(*a*) Qvo

(*a*) Qvo in caſu anabaptiſmus dici non meruit, nam ut noſtri theologi dicunt, baptiſmus irregularis non eſt baptiſmus. K. R. V. tit. 2. Preſti ſcolo þav ſeghia ſina ſcírn, oc ef þav hafva ſva at ordom kvædit, ſem talter i retti manna, þá ſcal preſtr prímſigna þat barn, þa hæfvir þat ſcírn fulla; ænghom manni þarf tyſvor i vatn drepa: enn ef þav megho æi muna at herma rett fyri preſti, þá mundo þav eigi rett at móla yfir barni, þó ſcal preſtr ſcíra þat ſcírn fullri. i. e. *Modum, qvo baptizaverant, paſtori indicent, & ſi verba, prout in legibus noſtris praeſcribitur, protulerant, paſtor huic infanti ſignum crucis conferat, tum perfectum habet baptiſmum; nullus homo aqua bis immergatur* (bis baptizetur): *ſi vero coram paſtore verba rectè recenſere, propter oblivionem neqveunt, id indicio eſt qvod nec ſuper infante recte dicere meminerunt, tum paſtor eum cum omnibus baptiſmi ceremoniis baptizet.* K. R. Þ. tit. 1. Ef preſti þickir eigi rett at farit, hvert ſem ſkortir orþ eþa önnor atferli, oc'andaz barnit, þá ſcal þat eigi grafa at kyrkeo, enn ef barnit lifnar, þá ſcal preſtr veita því fulla ſcírn ſem ecki ſe áþr at gert. i. e. *Si paſtori illegitima baptiſmi adminiſtratio fuiſſe videtur, ſive qvod verba deſuerint, ſive reliqvae formulae* (neceſſariæ), *tum ſi infans moritur, in ſacro ſepulcreto non componatur, ſi vero reviveſcit infans, paſtor ei integrum baptiſmum conferat, acſi nihil antea factum fuiſſet.* Qvibus fere alia epiſcoporum ſtatuta conſentiunt.

(*b*) Sic Poſtula ſſ. ſive apoſtolorum vitæ, Joannis Baptiſtæ diſcipulos Paulo Epheſi obvios, (Act. XIX. v. 2. ſeq.) volunt ab integro fuiſſe baptizatos, haud dubiè qvod baptiſmus Joannæus, ex ſententia veterum, nec præſcriptam teneret verborum formulam, nec veniam peccatorum afferret, (conf. cap. XI. §. 2. not. (b).) Þeir fundu læriſveina Jóns baptiſte, þá er hann hafdi ſcírda vaz-ſcírn, oc voro eigi fermdir af biſkupi, þá leitadi Páll poſtuli eptir ſcírn þeirra, oc ſpurdi hvert þeir hefdu tekit gipt h. Anda, ſem geſin er í fermingu, ſem riddara vapn til varnar, enn þeir letuz vita ſcyn a Födr oc Syni, enn kvaduz eigi heyrt hafa getit h. Anda, oc at rádi Páls poſtula voro þeir ſcírdir í nafni drottins

Jesu Krists, oc eptir scírnina lagdi Páll postuli hendur i hôfut þeim, oc tóko þeir þá gipt h. anda. i. e. *Invenerunt* (Ephesi) *discipulos Joannis Baptistae, qui ab ipso baptizati fuerant baptismo aquae, verum non confirmati ab episcopo, tunc Paulus apostolus eorum baptismum examinaturus, qvaerit num recepissent donum Spiritus s., datum in confirmatione, sicut arma* (dantur) *equiti, ad sui defensionem, sed retulerunt, notitiam se habere Patris & Filii, nihil vero audiisse de Spiritu Sancto: svadente ergo Paulo, baptizati sunt* (denuo) *in nomine domini Jesu Christi, & post baptismum, cum Paulus apostolus manus illis imponeret, donum Spiritus s. receperunt.* Vides qvomodo liberior illa paraphrasis vim inferat textui Græco, sensum torqvens ad mentem Anabaptistarum & Antitrinitariorum, licet noster vetus interpres minime cum illis sentiat. Confer. Christoph. Starke *Synopsin Biblioth. Exegeticae* ad h. l. col. m. 422.

§. 4.

Baptismum, de cujus administratione nihil certi constabat, veteres, propter metum iterationis, prima signatione redintegrarunt, formula baptizandi tantum conditionaliter adhibitâ: (*a*) immo, qvod magis mirum, sub conditione nonnunqvam baptizarunt, etiamsi liqvido constaret, qvâ forma, qvibus verbis antea baptizatum esset. (*b*)

(*a*) Sc. E. p. m. 2. Ef prestr efaz hvart barn er skírt edr eigi, annathvart af ordum þess er skírdi, eda þeir herma tvífalt um, sem hiá voro þesso efni, þá primsigni þat oc sciri med þessom ordum; Si baptisatus es, non te rebaptiso, sed si baptisatus non es, ego baptiso te. i. e. *Si pastor ob ejus verba qvi baptizavit, aut dissonam eorum narrationem, qvi huic negotio adstiterunt, nescit an baptismus legitimè fuerit administratus nec ne, ille puero primam signationem conferat & his verbis baptizet* &c. In simili casu simile consilium dat fragm. Jur. eccl. nisi qvod vernaculo sermone formulam concipiat;

cipiat; Ef þú er skírdr, þá endrskíri ec þic ecki, enn ef þu er eigi skírdr, þá skíri ec þic i nafni Faudr oc Sonar oc ens helga Anda. Qvæ illa priori formulâ ad literam redduntur. Qvantum ad exteros, confr. Jo. R. Engav Elem. J. can. lib. 1. §. 305. Antiqvat & abrogat baptismum conditionalem Christiani III. *Ordinario Eccl.* ubi legimus Danicè: Daab skal ikke met vilkaar haffue væring hoss oss udi kirken, som mand pleyer at sige, est du ikke døbt, da døber jeg dig: Latine: *Conditionalis baptismus in ecclesia nostra locum non habeat, ut fert usitata formula, si baptizatus non es, ego te baptizo.*

(*b*) Etiam in casu minime dubio hoc baptismi genus locum habuit, e. c. cum embryones in matris utero baptizati contra spem lucem viderent, eorum baptismus cum conditione repeti debuit, licet prioris legitima forma in suspicionem non veniret: Agr. h. T. vid. cap. III. §. 10. Similiter duobus voculis baptizo te forte neglectis, conditionaliter rebaptizandum esse inepte censuit papa Alexander III. vid. cap. VI. §. 9.(b). Scilicet veteres, qvoties heic verum & genuinum falso & adulterino non satis dignoscere poterant, toties in baptismo conditionali asylum inscientiæ qvæsiverunt.

§. 5.

Qvi justam baptizandi normam neglexerant, sive ex incuria sacerdos, (*a*) sive per ignaviam laicus (*b*), hujus criminis demum manifesti, apud Islandos poenam fiörbogicam luebant.

(*a*) K. R. Þ. tit. 1. Ef prestr ser eigi sva at skírn at biskupi þickir rett, oc varþar þat fiörbavsgarð. i. e. *Si pastor baptismum ita non absolvit, ut episcopus putet esse legitimum, tum proscriptione fiörbogica damnetur.* Grág. in app. Ef biskop álýktar at prestr hafi rángt skírt, þá ver hanom fiörbavgsgarþ. i. e. *Si episcopus baptis-*

baptis-

baptiſmum à ſacerdote non legitime fuiſſe tractatum judicat, ille reus poenam fiörbogicam meretur.

(*b*) K. b. Gr. tit. 1. Nú þickir preſti ecki rett at ſcirn farit, hvart ſin ſcorta orþ eþa atferli, þá varþar fiorbavsgarþ kórlom oc konom XII vetra gómlom. i. e. *Ubi paſtor baptiſmum rite adminiſtratum non eſſe judicat, ſive qvod verba deſint, ſive cerimoniae, tunc vir & foemina, ſi annum agunt duodecimum, poenae fiörbögicae obnoxii ſunt,* in Append. ibid. Tólf vetra gómlom kórlom oc conom er ſkyldt at kunna barns ſkírn, oc þav orþ oc atferli er þar fylgia, enn ef þav kunna eigi fyrir úrókkar ſacir, eþá verþr eigi rett at farit þá es þarf, þá ver fiórbavsgard, oc á biſkup at ráþa fyri ſók þeirri. i. e. *Tam viri, quam foeminae, annos duodecim nati, modum baptizandi infantes, cum verbis & cerimoniis eo ſpectantibus, ſcire tenentur, ſi vero propter ſocordiam id neſciunt, proſcriptioni fiörbogicae obnoxii ſint, epiſcopus vero poteſtatem hujus cauſae habeat.* K. b. G. tit. 1. & K. R. A. tit. 1. vide cap. II. §. 4. (a)

§. 6.

Deniqve & loco ultimo notandum, qvod noſtra vetus eccleſia honorem vel munus eccleſiaſticum non concederet illis, qvi bis baptizati fuere, ſi vel maxime caeterà fideles eſſent, & aliis ordinis ſacri reqviſitis non deſtituerentur: (*a*) qvalis etiam lex hodienum inter Pontificios ſuis locis ſervatur. (*b*)

(*a*) Rebaptizatos ad ſacerdotium non poſſe promoveri legimus in membrana articulos juris eccleſiaſtici continente, ubi cauſæ, qvæ hoc gradu indignum qvem faciunt, magno verborum & circumſtantiarum ambitu recenſentur: hic inter alia: *Differenciam notabis inter ordinatos ab eo* (epiſcopo hæretico) *qvi recepit ultimam manus impoſicionem* (ſive epiſcopus creatus eſt) *in eccleſia, & eos qvi ordinantur*

ab

ab illo (episcopo hæretico), *qvi extra ecclesiam* (munus) *suscepit; qvoniam facilius tolerantur primi in execucione ordinis,* (in officii sacerdotalis administratione) *qvam secundi, nam primi, sive scienter sive ignoranter à tali ordinati fuerint, tolerantur, si alias digni sint, nisi in qvatuor casibus,* (ergo in his qvatuor, qvi seqvuntur, casibus nemini nec alioqvin digno, sacra provincia tradi debuit) *si fuerint iterata unccione* (unctione) *maculati, id est, si se fecerint in eodem ordine iterum ordinari* (forte prius officio submoti) *si symoniacè vel à symoniaco in ordinem se fecerint promoveri, item si unici vel singularis lavacri, id est baptismi* (iterationem) *fecerint, id est,* (noster se ipsum explicat), *si se fecerint iterum baptizari, item si in subversionem fidei adhæserint hæreticis, & in contemptum ecclesie se ab hiis ordinari fecerint.* Hæc non de solis qvos heteredoxus ordinat, sed in universum de omnibus sacerdotibus rebaptizatis dici videntur, qvod etiam legislator idem mox subjunctis versibus amplius innuit.

Sive bis ordo datur, vel baptismus repetatur,
Sev pervertatur fidei status, ordo petatur (munus illi auferatur):
Vel si præstetur vir utrinqve symon operetur,
Ut dispensetur (venia detur) *spes irrita prorsus habetur.*

Versum penultimum à librario corruptum fuisse suspicor, qvanqvam auctoris mens qvadantenus patet.

(*b*) Jam tum seculo VIII. sic statutum fuisse videre est ex Gratiano can. 117. D. 4. de consecrat. *Qvi bis ignoranter baptizati sunt, non indigent pro eo poenitere, nisi qvod secundum canones ordinari non possunt, nisi magna aliqva necessitas cogat.* Vide Jo. Rud. Engau, Elem. J. can. lib. 1. §. 305.

Cap.

Cap. XIII.

De Catechesi Baptizatorum.

Synopsis.

§. 1. Post baptismum pleriqve instituti. §. 2. A sponsoribus. §. 3. Veterum catechismus, in qvibus constiterit. §. 4. Ipsi reges eum didicerunt. §. 5. Qvidam pro lubitu alia catechismo addebant. §. 6. Sacra dogmata latinè discebantur. §. 7. Fides implicita. §. 8. 9. Corruptela doctrinæ. §. 10. Adulti, dum albas ferebant, catechizati. §. 11. Juniores in annum septimum catechumeni erant. §. 12. Catechesin confirmatio secuta est. §. 13. Catechismi neglectus. §. 14. Gentilismi studium & superstitio.

§. 1.

Adulti cum junioribus institutioni maturis, ut plurimum baptismo absoluto, demum sub christianam catechesin venerunt, (*a*) cum contra pauci, ritu ab exteris petito,(*b*) ante baptismum instituti fuisse legantur. (*c*)

(a) Talis convertendi modus in his terris non semper obtinuit, qvi enim sec. IX. sub Ansgario conversi, illos ante baptismum fuisse institutos, ex Rimberto videre est: conf. cap. V. §. 7. (a). Cui jungendus Adamus Bremensis, de Haraldo principe Dano scribens, H. Eccl. lib. 1. cap. 15. *Mox christianæ fidei catechismo imbutus apud Moguntiam cum uxore, fratre, & magna Danorum multitudine baptizatus est.* Confr.

Confr. Ol. s. T. lib. I. p. 68. Seculi vero decimi, qvo Dani, Norvegi, Sveci, sacra mutarunt, diversam fuisse agendi rationem non raro docent idonei auctores, Ol. s. T. impr. lib. I. cap. 90. lib. II. pag. 7. & 232. vid. §. 4. (a) §. 10. (b). Hallfr. s. Vandr. sc. p. 10. vid. §. 2. (b). cum aliis plurimis: ad rem vero nostram heic interest, ut ab ipsa catechesi distingvamus illam paraenesim, qvam præcones coram convertendis habebant; hæc enim licet sola interdum commemoretur, tamen minime ambigeas, qvin plenior semper institutio baptismum secuta sit; siqvidem hoc & illud passim ad actum eundem apertè refertur: sic exempli causa Heimskr. lib. VII. cap. 227. de Arnlioto athleta Sveco, qvem Olavus Sanctus Norvegiæ rex convertit. Þí skalto trúa at Jesus Christr hefir skapat himin oc jörd oc menn alla, oc til hans skulo koma eptir daudan allir menn þeir er gódir ero oc rett-trúadir; Arnliótr svarar, heyrt hefir ec getit hvíta Christs, enn eigi er mer kunnugt of atgervi hanns, enn nú vil ec því öllo trúa er þú segir mer, vil ec sela á hendur þer allt mitt rád, síþan var Arnliótr skírþr, kendi konúngr honom þat af trúnni, er honom þótti skyldaz. i. e. *Te credere oportet, qvod Jesus Christus coelum & terram, omnesqve homines creaverit, & qvod boni omnes & orthodoxi homines ad illum post mortem redituri sint; Arnliotus respondet, de Christo albo aliqvid fando audivi, qvá vero fortitudine sit, aut ubi regnet, mihi non constat; nihilo tamen minus jam omnibus, quae mihi tradis, fidem habebo, totamqve meam conditionem tibi permittam; postea Arnliotus baptizatus est, eaqve fidei momenta rex ipsum docuit, quae maxime necessaria esse judicavit* Ol. s. T. lib. 1. cap. 93. de qvodam archimandrita, qvi Olafum Tryggonis f. baptizavit. Slíkom og mórgom óþrom fortölom talaþi abóti fyri þeim miöc fagrligum langt eyrindi oc sniallt, oc því næst med guds lofi skírdi hann Olaf Kong, oc alla hans svet, dvaldist Olafr þar lengi, oc hans sveit, oc þá nam hann h. fræþi oc goda siþo af þeim Guds manni oc klaustra bræþrom. i. e. *His & multis aliis perqvam concinnis persvasionibus abbas longam & elegantem orationem coram illis habuit, opeqve divina regem Olavum, atqve totam ejus cohortem postmodo baptizavit: heic cum suis comitibus Olavus diu moratus*

ratus eſt, qvo tempore ab hoc Dei homine ceteriſqve coenobii fratribus ſacras diſciplinas & pios mores didicit.

(*b*) In externa & antiqviore eccleſia qvantum ante baptiſmum tempus in catecheſi traxerint novitii, Bingh. *Origg. Eccl.* lib. X. cap. I. Voſſ. *de Bapt.* diſp. VII. th. 24. cum aliis plurimis definiunt.

(*c*) Aliqvando, cum temporis ratio & converſorum numerus ferebant, illam communem totius fere chriſtianiſmi praxin noſtri homines obſervaſſe videntur. Ol. ſ. T., lib. II. p. 176. Biſkup ſeldi hann i hendr preſti einum, oc bad hann kenna hanom trúna - - - var Finnr þá ſkirdr, oc helt vel trú ſina. i. e. *Epiſcopus illum* (Finnum Norvegum) *ſacerdoti cuidam commendavit, ut fidei rudimenta illi traderet - - - poſt Finnus baptizatus eſt, fidemqve chriſtianam probe ſervavit.* Aliud exemplum à more alias recepto diſparatum affert. Geſts ſ. Bárdar ſ. cap. II. Geſtr ſagþi konúngi heitſtreinging ſina, oc vard konongr því glaþr, oc let kenna Geſti retta trú, oc þá hann var fullnuma i kriſtilegri trú oc lærdómi, let hann ſcira ſic. i. e. *Geſtus votum ſuum regi* (Olavo Trygvonis f.) *narrabat, qvo rex laetatus, ſacram illi fidem tradere curavit; cum vero Chriſtianae fidei & doctrinae plenam notitiam acqviſiverat, ſe fecit baptizari.*

§. 3.

Chriſtianæ doctrinæ initia tironibus fidei vel ipſi ſponſores tradebant, utpote qvibus hoc officium proprie competivit, (*a*) vel negotium dederunt aliis, ut ſua vice & loco tales partes ſuſciperent. (*b*)

(*a*) Agr. H. T. vid. cap. VII. §. 3. (b). K. R. A. ibid. (a). cui qvoad verba ſimillimum adde K. R. J. tit. 3. Hværr ſæm guðſifiar væitir barni er ſkylðer at kænna pater noſter oc creðo. i. e. *Qvi in infantem ſacrae neceſſitudinis officia conferunt, ſymbolum apoſtolicum, & orationem dominicam illum doceant.*

(*b*) Ita

(*b*) Ita rex Olavus Hallfredum poëtam à ſe in baptiſmo ſuſceptum aliis tradidit, qvi regis nomine illum inſtituerent: Hallfr. ſ. membr. fol. m. 5. Þá er Hallfredr var ſkírþr, feck konúngr hann í hendur þeim frændum ſínum Jóſteini oc Þorkatli Neſio, oc ſkyldo þeir kenna hanom heilög fræþi credo oc pater noſter. i. e. *Cum Hallfredus baptizatus eſſet, rex illum conſangvineis ſuis Joſteino & Thorkillo Neſiae* (Naſoni) *tradebat, ut illum ſacras diſciplinas, credo & pater noſter, docerent.*

§. 3.

Catecheſis (*a*) à primo inde tempore in paucis brevibusqve conſtitit dogmatibus, ſymbolo nimirum apoſtolico & oratione dominica, (*b*) qvibus hymnum ave Maria, ætas poſterior adjecit. (*c*)

(*a*) Diſciplinæ baptizatis tradendæ uno nomine heilög fræþi *ſacrae ſcientiae* dictæ ſunt: ita Ol. ſ. T. lib. II. p. 232. Þorvaldr i Áſi let preſt þann, er hann hafdi med ſer, ſkira hina fátæku menn, er hann hafdi leyſt undan dauþa, oc kenna þeim heilög fræþi. i. e. *Thorvaldus de Aſo paſtorem, quem ſecum habebat, pauperes illos, quos morte liberaverat, baptizare, & ſacras ſcientias docere fecit.* Sic hodieqve catechiſmum Lutheri minorem Fræþi vocamus.

(*b*) Jus Eccl. Canuti M. art. 3. *Hortamur inſuper ut Chriſtianus quisqve ita qvidem diſcat ſyncere, ut ſalutarem probe calleat fidem, & orationem dominicam, & ſymbolum apoſtolicum.* K. R. M. vid. §. 2. (a) K. R. A. & Agr. H. T. vid. cap. VII. §. 3. (a). (d). &c.

(*c*) Inter plura carmina, in honorem b. Mariæ compoſita, nullum ipſam adeo delectare creditum, ut recitata angeli ſalutatio: *Ave Maria gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres.*

 Hoc

Hoc ipſa diva virgo aliqvando ſignificavit cuidam moniali, hanc ſalutationem identidem, ſed feſtinè nimis & perfunctorie, canenti, in ſomnis illam ſic alloqvens: ut habet Mariu ſ. in membr. Eigi ſkalto dottir óazt móðr þína, fyri því at mer líkar vel þín þionan, enn ec vil bióða þer at þú ſyngir nú rækiligar mitt vers heðan i frá, oc þeſsi orð ſeint, Dominus te cum, fyri því at þat kann eingi orðum at ſkyra, hverr fagnaðr mer er at, i hvert ſinn er ec heyri þeſsi orð ſúngin, oc er þat endrnyginng allz míns fagnaðar. i. e. *Ne timeas filia matrem tuam, officium enim tuum mihi valde placet; te vero nunc moneo, ut deinceps verſum meum majori cura canas, & haec verba lente, Dominus tecum; propterea qvod nemo verbis eloqvi valet, qvantâ perfundar laetitiâ, qvoties haec verba cani audio, immo hoc omnis laetitiae meae renovatio eſt.* Hinc hic hymnus catechiſmo addebatur, omnibus memoriâ tenendus, & crebro in ore habendus. Vita Johannis Sancti. Herra Jón bavd hveriom manni kunna at ſyngia credo in Deum oc pater noſter oc Mariu vers, oc lofa gud ſiauſinnum um dagin. i. e. *Dominus Joannes in mandatis dedit, ut unusqvisqve credo in Deum, pater noſter & Mariae carmen cantare diſcerent, Deumqve ſepties qvotidie laudarent.* B. R. J. vid. §. 11. (a). Sc. G. cap. II. §. 4. (b).

§. 4.

Iſtud ſacras diſciplinas diſcendi inſtitutum à chriſtianiſmi initio in univerſum adeo polluit, ut ipſi etiam principes ſe illi adtemperarent, non ſine pio & laudabili modeſtiæ exemplo. (*a*)

(*a*) Ol. ſ. T. lib. 1. cap. 90. de Paulo Græciæ epiſcopo. Hann ſkírdi Valdimar konúng, oc Arlogiu drottningu, oc allann þeirra lyþ, oc ſtyrkti hann þav i helgri trú, oc kendi þeim heilög fræþi med trúlyndi. i. e. *Ille regem Valdemarum, Allogiam reginam & totum eorum populum baptizavit, illos in ſancta fide confirmavit, & ſacras ſcientias fideliter docuit.* cap. 92. vid. §. 1. (a)

§. 5.

§. 5.

Præter ejusmodi diſciplinas, uti diximus, unicuiqve juſſu eccleſiæ tenendas, ſacros nonnulli hymnos precesqve (*a*) & ſimplices orandi formulas, proprio conſilio didicerunt. (*b*)

(*a*) Ut alios taceam, inſignem mulierem Gudrunam, ſupra nominatam cap. XI. §. 10 (a), hac pietatis laude celebrat Laxd. ſ. cap. 88. Gudrún gerþiz trúkona mikil, hún nam fyrſt kvenna ſaltara á Jslandi, oc var hún laungum of nætur á bænum í kyrkio. i. e. *Gudruna* (vergente jam ætate) *mulier religioſa exſtitit, haec prima mulierum pſalterium in Islandia didicit, precibusqve ſacris in templo pernox ſaepius vacavit.*

(*b*) Variæ veterum orandi formulæ in hominum memoria hodienum ſuperſunt, plures ex parte frivolæ & aniles, qvas inter antiqvitate celebrem habemus confeſſionem illam, ſive ut vulgo vocatur, *creddam* (credo) Thrandi Færöenſis, qvi ante & poſt annum aeræ noſtræ milleſimum floruit; hanc, cum apud Torfæum & alibi fere manca legatur, ex collatis noſtris codicibus ſuæ integritati ita reſtituo.

Geng ec út oc inn, i. e.	*Exeo & intro,*
Geng at ec einn ſaman,	*ſolus nunqvam eo,*
fylgia mer fagrir,	*me elegantes comitantur*
fim Guþs einglar;	*qvinqve Dei angeli;*
ber ec bók fyri mer,	*mihi librum praefero* (in pectore)
bæn fyri Kriſti,	*Chriſto preces offero;*
ſyng ec ſálma ſiau,	*hymnos ſeptem modulor,* (ↄ: poenitentiales)
ſiái Guþ hvar ec fer, vel	*Deus meum greſſum videat.*
ſiái Guþ luta minn.	*meam ſortem Deus reſpiciat.*

Precum, qvibus aetas seqvens utebatur, hoc specimen esto, ex fragmento membraneo excerptum, ubi hujus generis plura in exercitium pietatis præscribuntur. Fridr Guds faudr, nád oc miskun Guds sonar, likn oc gódleikr heilags Anda, hiálp oc travst módr miskunarennar, (verdleikr ennar dyrstu meyar oc módr) oc allra Guds heilagra, oc nio engla kora, se med oss jafnan Amen. i. e. *Pax Dei patris, gratia & misericordia filii Dei, clementia & bonitas sancti Spiritus, auxilium & fiducia matris misericordiae (meritum ter eximiae virginis & matris) omniumqve sanctorum Dei hominum, & novem chororum angelicorum in perpetuum nobiscum maneant, amen.*

§. 6.

Tam ipsa rudimenta catechetica, (*a*) qvam plures aliæ qvotidianæ preces & hymni, latino sermone comprehendebantur, (*b*) qvæ omnia veteres, cum suæ devotioni operam darent, in templis vel coram crucis effigie, (*c*) cecinerunt. (*d*)

(*a*) Ut alias precatiunculas latine laici didicerunt, (vid. not. b.) sic qvoqve praecepta sua catechetica, unde hæc nunqvam non à voculis initialibus Latine *credo & pater noster* appellantur, solum qvantum ego observavi, exceptionem à regula facit K. R. M. Dan. jubens ut symbolum apostolicum sermone patrio laicis instilletur. vide §. 11. (a)

(*a*) Statas & qvotidianas preces Gudmundi Boni, episcopi Islandi, easdemqve Latinas, enumerat Sturl. s. v. 56., delibatis singularum initiis, cum eas suo aevo notas & pervagatas esse præsupponat, vid. l. c. nec modo clerus, literis humanioribus leviter tinctus, sed rudes qvoqve laici latinè orare didicerunt, teste eadem historiâ lib. VI. cap. 46. Urækia kallaþi á Þorlák biskup ser til hiálpar, oc savng i meizlunum Sancta Maria mater domini nostri Jesu Christi. i. e. *Urækia* (Snorronis Sturlæi filius) *Thorlacum episcopum* (Sanctum) *ut opem sibi ferret, invocavit, & dum hostes eum vulnerarent, cecinit Sancta Maria,* cæte-

cætera. ibid. lib. V. cap. 8. de Svenone qvodam Joannis filio legimus qvi capite damnatus, & ultimo supplicio afficiendus, id mortis genus, precibus impetravit, ut pedibus manibusqve sensim & articulatim concideretur, eum in finem, ut intereà se morti præpararet, & salutationem angelicam *Ave Maria* caneret.

(c) Templis nondum exstructis, veteres Christiani sub gentilismo pressi, certis locis erexerunt cruces & crucifixa, ibidemqve orarunt, & sacra fecerunt. Landn. b. lib. 1. cap. 13. de Glumo qvodam Islandiæ adhuc gentilis cive fideli. Hann badz sva fyrir at krossi: gott æ gömlum maunnum, gott æ örum (orum) maunnum. i. e. *Glumus aetate provectus christianam fidem recepit, hic coram cruce ita precabatur: bene semper sit hominibus grandaevis, bene semper sit junioribus.* (vel *nostris hominibus* i. e. Christianis) Ol. s. T. lib. II. cap. 9. de Ode in superioribus nominata, qvæ paganismi qvoqve tempore floruit, Avdr var kristin, oc því let hún krossa gera á hólum nockurum, oc kalladi þá kross hóla, oc þar framdi hún optliga sitt bæna halld med mikilli gódfysi. i. e. *Odis cum Christiana esset, in colliculis quibusdam cruces erigi curavit, hinc crucium colliculos vocans, ibidemqve cum magnâ probitate orationi saepius vacavit.* Qvam Odis pietatem etiam memorat Eir. s. Rauda cap. 1. Avdr hafdi bæna halld á kross hólum, þar let hún krossa reisa, því at hun var skírd, oc vel trúut. i.e. *Odis in colliculis crucigeris suas precationes proferebat, ubi cruces statuit, cum baptizata & orthodoxa esset.* Postqvam templa in pios usus cederent, hic tamen mos minimè desivit, monstrante Joannis S. episc. Holani mandato, qvod habet hujus vitæ exemplar aliqvod membranaceum; Baud hann maunnum at sækia sid oc snemma kross eda kirkio, oc flytia þar fram bænir sinar med athuga. i. e. *Jussit ut omnes mane & serò crucem sive templum viserent, precesqve suas intentâ mente ibi proferrent.* Agr. H. T. ubi Falle á kne i kirkeo, eda fyri krossi fimmtyghom sinna um helgha dagha á lánga föstu, oc syngi hvern drottins dagh siau sinnom pater noster oc ave Maria. i. e. *Singulis quadragesimae festis in templo vel coram cruce qvinqvagies in genua procumbat, & qvavis die dominica pater noster & ave Maria septies cantillet.*

 (d) Cla-

(*d*) Clara & qvasi canora voce olim catechismum aliasqve preces enuntiarunt, ut ex nota (a) videmus, specialiter de Oratione dominica conferatur nota (b), item Fær. s. cap. 5. de puero coram matre, sacra dogmata recitante: Þotti modur hans hann syngia pater noster til nockurrar hlítar. i. e. *Mater ejus* (Thora) *judicavit, qvod orationem dominicam satis decenter modularetur.* Glumum impium servum à canendis sacris hymnis & precibus alienum fuisse scribit. Grettis s. cap. 34. Eigi vildi Glúmr til kirkiu koma, hann var ósaungvinn oc trúlaus. i. e. *Glumus aedem sacram non libenter freqventavit, qvippe cantillationes sacras fastidivit, & infidelis fuit:* Hinc Hallfredus poëta inter doctrinas catecheticas, eoqvod cantillarentur, suaqve carmina, comparationem instituit. Hallfr. s. vid. §. 13. (e)

§. 7.

Qvantum ad cetera fidei christianæ momenta, qvæ præceptis catecheticis non continebantur, illa vulgum singula non scire qvidem, sive memoriter condiscere, sed fide, ut dicunt, implicitâ, tantum credere oportuit (*a*), unde non mirum, qvod veterum in sacris tanta simplicitas & ignorantia fuerit. (*b*)

(*a*) Nostra ut reliqva Pontificiorum ecclesia laicis inhibuit sapere, desipere indulsit; locuples mihi testis est. Agr. h. T. p. m. 2. Þeim fokunneghom mönnom, sem æi kunna alla þæssa trú, sva skilvísligha út at græina, oc æi ero framar skyldugher sakir vígslo eða kunnozto, nögiz at þæir kunni þat sæm trúer h. kyrkia, oc þó at þeir trúe ódrovisz en þeir æigho at trúa, ero þæir æighe villumenn, ef þæir trúa þvi sva, at þeir hyggia kyrkiuna sva trúa, oc hafva þæt í sinom hugh stadfastligha, at þeir vilia þæt trúa, sem hon trúir. i. e. *Indoctis hominibus, qvi propter sacrum ordinem, aut munus docendi non obligati, singulas sanctae fidei partes distinctè enumerare nesciunt, sufficit si hoc ipsum credant, qvod credit ecclesia; & qvamvis aliam ac decet, fidem foveant, haeretici non sunt,*

ſunt, modo ſic facientes, hanc eſſe eccleſiae fidem putaverint, & qvicqvid eccleſia credit, ſibimet credere firmiter inſtituerint.

(*b*) Priſcæ ſimplicitatis & inſcitiæ qvoddam ſpecimen inter alios offert Sturl. ſ. lib. II. cap. 2. de mercatoribus Islandis, qvi naufragii periculo circumventi, rerum ſuarum & ſalutis cardinem in eo verti credebant, ut nomen Dei ſummum, puto tetragrammaton, in ore haberent, enimvero ſine dubio ſibi perſvaſerunt, in tanto diſcrimine parum prodeſſe, ut notis & uſu tritis vocabulis numinis auxilium poſcerent, preces ſuas majus profectò pondus habituras rati, ſi Deus ſummo & ſanctiſſimo nomine invocaretur, qvod vero qvi noſſet, vix inter nautas repertus eſt: l. c. legimus: Þá rædir Hávardr ſtyrimaþr um vid preſt, ef hann kynni nafn Guds hid hæſta? kann ek nockor nöfn Guds ſegir preſtr, oc trúir ek því, er ſegir Páll poſtuli, at eige ſe annat helgara enn Jeſus, en hitt veit ek eigi, hvart þú kallar hæſt, eigi kalla ek ſva, ſegir hann, oc þickir mer eigi ſlíkt preſtar, er eigi kunna it hæſta nafn Guds; þá kallar han á Hallſtein ſtyrimann oc ſpyr, kantu nafnit hæſta, hann ſvarar, veit Gud ek ætla mik nu eigi muna þegar, oc er þo illa, oc man kunna Þordr Kráka: þa ſeger hann, Þordr kantu nafnit? han ſvarar, þvi er verr felagi, þat er mer úr minni numit, enn ek veit þann er kunna man, Þorbiörn Humla man kunna; já já vel! Þorbiörn, ſeg nafnit, ef þu kant; hann ſvaradi, ek vilda giarnan kunna, enn ek ætla mik aldreigi heyrt hafa, enn víſa vil ek þer til þeſs manns, er ek hygg vita muni, þat er Einar Nypa, þá var rætt vid hann, oc nefndi hann nafnit. i. e. *Tunc Havardus navis gubernator ſacerdotem alloqvitur, qvaerens, an noſſet nomen Dei ſummum; novi aliqvot Dei nomina, inqvit ſacerdos, fidemqve habeo verbis Pauli apoſtoli dicentis non alitud nomen, qvam illud Jeſu, ſanctius eſſe, tu vero qvid dicas ſummum, neſcio; hoc inqvit* (Havardus) *ſummum non voco, nec tales pro idoneis ſacerdotibus habeo, qvi nomen Dei ſummum ignorant; nauclerus ergo Hallſteinum gubernatorem* (alterum) *vocat, qvaeritqve, noſtine nomen illud ſummum? hic reſpondet, Deus mihi teſtis eſt, me illicò non recordari, qvod valde mihi dolet, ſed ſine dubio noſcet Thordus Craca; porro ille, Thorde noſtin illud nomen?*

men? hic respondet, proh dolor amice! mente excidit; verum scio qvi noscat, Thorbernus Humla noscet: jo evge! (inqvit) *Thorberne esser nomen, si modo tenes; respondit, utinam tenerem, verum me nunqvam illud audiisse opinor, sed nihilominus illum tibi monstrabo, cui, ut credo, hoc notum est, nempe Einarem Nypam; dein ille interrogatus, nomen indicavit.*

§. 8.

Cæterum fieri non potuit, qvin ab initio Christianismi plurimæ ejus temporis nugæ & superstitiones cum fide traderentur: qvo pertinet sanctorum cultus, (*a*) reliqviarum insana veneratio, (*b*) bonorum operum merita, (*c*) qvæ interdum ut suis auctoribus, ita vi supererogationis aliis qvoqve saluti esse credebantur. (*d*)

(*a*) Documento sunt tot sanctorum nomina & miracula qvibus antiqvitates Danicæ, Norvegicæ, Svecicæ implentur; hic in lectoris gratiam ex ante citato festi pandicularis sermone sacro, pauca hoc loco inseram. At upphafi ber oss þann at dyrka oc vegsama er alla heilaga hefir skapat, oc allan heimin hefir i sinni stiórn oc valdi, ... þarnæst skulo ver losa oc tigna sæla guds módur Mariu, er rettiliga kallaz Guds musteri, oc herbergi heilags Anda, ... oc þvi háleitari dyrd sem hon hefir ódlaz, i eylifo ríki, med sinom syni, enn allir adrir Guds helgir, þar sem hon er upphafit yfir óll engla fylki, ríkiandi æfinnliga i hásæti med sinum Kristi, þeim mun má hon oss meiri miskun þiggia af alsvaldanda Gudi, med sino árnadar ordi. Ver skulom oc virduliga vegsama á þessum dyrdar degi alla himinríkis engla, er Gudi þióna án afláts, oc hans bod fylla oc fremia i heimi þessum; sva skulo ver oc þennan dag dyrka heilaga hófut-fedr, er ver vitum verit hafa Gudi kæra frá upphafi heimsbygdar; her næst egom ver at losa Guds spámenn, hveriom hann syndi en ædstu stórmerki af holdgan sonar sins; ...

med

med þessom ætto ver at vegsama einkanliga Guds postula, er nádu at siá sialfan lausnara vorn líkamliga, oc nema skina hiálpsamligustu hans læring oc predikan, saf siálfs hans munni; her med skyldunz ver oc virduliga at tigna heilaga píningar vatta Krists, þá er sino blódi hafa út steypt, fyrir ást vors herra oc hiálpara Jesu Krists, oc til trúar-styrkingar heilagri kristni. i. e. *Ante omnia ille colendus nobis est & laudandus, qui sanctos omnes creavit, totumqve mundum sub regimine suo & potentia continet. - - - Proximo loco laudem & honorem offeremus beatae Dei matri* (deiparæ) *Mariae, quae templum Dei & hospitium Spiritus sancti meritò vocatur - - - haec quanto majorem gloriam in aeterno regno cum filio suo consecuta est, quam reliqui omnes sancti coelites, siqvidem super omnes angelicas legiones sublata, in solio majestatis cum Christo suo in sempiternum dominetur, tanto majorem à Deo omnipotenti gratiam sua intercessione nobis facile orabit. Porro hoc solenni festo dignis laudibus efferre debemus omnes regni coelestis angelos, qvi Deo incessanter serviunt, ejusqve mandata adimplent, & in hoc mundo exseqvuntur; similiter omnes sanctos patriarchas hodie colemus, quos à condito aevo Deo caros fuisse novimus: deinde prophetae qvoqve divini nobis praedicandi sunt, quibus Deus summa illa magnalia ad incarnationem Filii pertinentia revelavit. Cum his praecipue honoremus oportet Dei apostolos qvibus salvatorem nostrum in corpore videre, & ex ipsius ore maximè salutarem ejus doctrinam ac sermonem accipere contigit; deniqve debemus laudes decantare sanctorum Christi martyrum, qui ob amorem domini nostri & servatoris sangvinem fuderunt, in eum insimul usum, ut sanctae ecclesiae fides confirmaretur.*

(*b*) Videatur Knytl. s. cap. 77. Ol. s. T. lib. II. p. 8. Heimskr. lib. XII. cap.   & Sturl. s. ubi de qvodam legitur, qvi, cum eqvina ossa pro sanctis reliqviis venditari diceret, in gravissimam episcopi & cleri indignationem incidit: hic lib. III. 32. Þat var vandi Gudmundar prests of hátiþir, at láta menn kyssa á helga dóma, enn Þorsteinn kvaþz eigi vita hvart þat væro helgra manna bein, eþa hrossa bein. - - - - - Þat var stefndi Gudmundr prestr Þorsteini tveimur stefnum, annari um þat, er hann kendi hanum stuld,

 um

um heit se manna, enn annari um gudlastan, er hann kallaþi bein helgra manna, rossa bein. i. e. *Gudmundi sacerdotis mos erat festis solennioribus, ut paroecos suas juberet sanctas reliquias osculari, sed Thorsteinus dixit, nescire se utrum haec sanctorum, an eqvorum ossa essent. - - - - Eodem vere Gudmundus sacerdos Thorsteino duas scripsit dicas, alteram propterea, qvod votivae pecuniae furtum sibi tribueret, alteram ob blasphemiam, cum ossa sanctorum eqvina ossa vocaret.*

(*c*) Hinc tot publicæ poenitentiæ genera, tot item severa pietatis exercitia, Sálu-bætur, animæ expiationes vel satisfactiones vocarunt, & Sá lu-giafir, dona pro animâ; inter qvæ primum locum tenebant eleemosinæ. Grág. e. t. cap. 10. Þat eru sálugiafir, ef maþr gefr þeim mónnum er eigi eigo þingfarar kaupi at gegna, oc þurfe sitt alt, eþa verk sin, til ómaga biargar at hafa. i. e. *Munera pro anima sunt, qvae qvis illis confert hominibus, qvi* (paupertatis causa) *itineris comitialis tributum solvere non debent, suasqve omnes facultates & labores sustentationi pupillorum impendunt.* Peregrinationibus sacris (inter alia) qvantam virtutem & merita nostri veteres Christiani, vel ex opere operato, tribuerint, docet fabula qvædam Nialæ, proposito Rafni Rufi exemplo: hic, cum è prælio fugeret, & amnem qvendam tranaret, subter aqvas hiantem orcum multosqve daemonas conspexit, qvibus, sibi ungulas injicientibus & rectà in stygem detrusuris, qvoad licuit reluctatus est, tandem exhausto viribus, & palmam hostibus daturo, divus Petrus subvenit, qvem Rafnus, ut opem sibi ferret, per tot itinera religionis ergo Romam facta & facienda, suplex obtestabatur. Rafni qviritantis verba, citata historia talia facit: cap. 146. Runnit hefir hundr þinn Petr postuli til Róma tvisvar, oc munde renna i þriþia sinn, ef þu leyfdir, þá leto dióflar hann lausann. i. e. *Bis, Petre apostole, canis tuus Romam pedibus commeavit, si tu qvidem permiseris, huc tertia vice iturus, haec dicentem daemones dimiserunt.*

(*d*) Qvod opera supererogativa in aliorum qvoqve fructus redundarint, discimus ex H. K. VII. 219, nempe Olavus Sanctus Stiklastadis pugnaturus, cum & sui exercitus & hostium magnam fore stragem judicaret,

ret, pecuniam depoſuit, qvæ pro redimenda caeſorum hoſtium ſalute demum poſt pugnam in pios uſus diſtribueretur, addens militum ſuorum animas his lytris opus non habere, utpote participes ſui ipſius meriti futuras: Þá tók konúngr margar mercor ſilfurs oc feck i hendor einum boanda oc mælti: ſe þetta ſcaltu varþveita oc ſcipta ſidan, leggia ſumt til kirkna, enn ſumt gefa til kennimanna, ſumt ólmuſu mónnum, oc gefa fyrir líf oc ſál þeirra manna er falla i orroſto, oc beriazt i móti oſs; bondi ſvarar, ſcal ſe þat gefa til ſálubótar ydrum mónnum konúngr? þá ſvarar konúngr; þetta ſe ſcal gefa fyrir ſál þeirra manna er i liþi ero med bændom, oc falla fyrir vapnum varra manna, enn þeir menn er oſs fylgia i orruſtu, oc þar falla, þá munu ver biargaz allir ſaman. i. e. *Tunc rex multas argenti marcas ſumens, colono cuidam tradidit, dixitqve, hanc pecuniam ſervabis, & diviſam partim templis legabis, partim ſacerdotibus & mendicis diſtribues, & donabis pro eorum vita & animâ, qvi in hoc praelio contra nos pugnantes occumbunt; tum colonus, numqva animae lytra pro tuis, rex, hominibus dabuntur? rex reſpondit, hanc* (ut dixi) *pecuniam dabis pro animabus illorum, qvi ex ruſticorum exercitu meorum militum telis occiduntur, qvi vero me in pugnâ ſeqvuntur, ibiqve occumbunt, mecum omnes ſervabuntur.*

§. 9.

Præterea ad veteris Chriſtianiſmi labem & falſas opiniones referri merentur, multus affectatæ pietatis fucus, (*a*) confeſſionis auricularis abuſus, (*b*) doctrina de purgatorio, (*c*) ibidem animarum poſt mortem privata ſodalitia, (*d*) & hujus generis plura, qvibus religionem Chriſtianam olim fuiſſe inqvinatam ex convertentis eccleſiæ conditione colligere qvisqve poterit.

(*a*) Vana vel ſaltem juſto major ſanctimoniæ opinio, multos adhuc vivos, ſupra communem hominum peccatorum ſortem poſuit, cum mi-

racula facere, revelationes divinitus habere, & familiaribus angelorum colloqviis frui dicerentur; Gudmundi Boni ante nominati tantus erat, vel potius fingebatur devotionis ardor, ut illo sacra faciente, abundans spiritus flammæ instar ex labiis emicaret, cujus rei testem oculatum vetulam qvandam refert. Sturl. s. lib. III. cap. 8. Hún var stódd hiá messu Gudmundar prests, oc húgþi at ser um messuna, sem hún var vön, oc horfþi hún jafnan á prestin, þá sá hun eld fara úr munni hans i loptit upp, miclu biartari enn hun hafdi aþr sed eþa siþan. i. e. *Illa sacris á Gudmundo sacerdote administratis interfuit, & sicut alioqvin illi mos, animum probe attendit, sacerdotemqve continuo aspexit, tunc observavit ex ore ejus exire & in sublime evolare ignem, multo clariorem illô, qvem unqvam antea vel postea vidit.* Exemplorum similium abunde est, qvibus hic non immorandum.

(*b*) Peccatorum omnium confessionem jura ecclesiastica identidem inculcant, qvod alioqvi non confessa non remittantur. Agr. H. T. Ver eigom at forðaz siau hǿfut syndir, sva sem er drambvísi, ágirnd, líkams lostasæmi utan hiúnskaps, hatr, ofnǿyzla matar oc dryckiar, ǿfund oc lete til Guðs þionosto, þiat hver sem þær eðr æina hværia af þeim hefvir óskriftborna, oc óyfirbætta, eptir lærðra manna ráði, ef hanom leðz frest oc mátt til, oc deyr i því, þá fer hann til helvítskra kvala æilífra. i. e. *Nos septem peccata capitalia vitare debemus, qvalia sunt: fastus, avaritia, libido extra conjugium, odium, cibi vel potus intemperantia, invidia, & langvida cultus divini cura, qvicunqve enim haec peccata, aut horum aliqvid, non confitetur, nec ex cleri consilio expiat, modo tempus & facultatem ei Deus concesserit, si interim moritur, ad aeternos infermi cruciatus abit.* Sc. E. Kenna skulo prestar hvorso menn sculo til scripta gánga, at þeir sva segi sin afbrot, at þeir rægi sic, en nefni eingan annan mann, utan syndinni se sva hattat, at hana megi ei ǿdruvis segia, sem henda kann, at hann hefir haft Systr sina, eda þvílikt, þat annat, at þeir skriftberi med sannri idran allar sinar syndir, oc miskiǿrdir. i. e. *Doceant sacerdotes, qvomodo confessio institui debeat, nimirum ut ille, qvi*

peccata

peccata sua confitetur, se ipsum deserat, sed aliorum nomina tacita relinqvat, nisi peccatum tale fuerit, ut alia ratione detegi non possit, sicut qvando qvisqvam cum sorore rem habuit, aut simili casu; qvod alterum est, (moneat sacerdos) *ut unusqvisqve vera cum poenitentia, sua peccata omnia inter confitendum proferat, deqve nullo reticeat.*

(*c*) Peccata leviora, qvæ qvis in vivis nondum bonis operibus expiavit, demum post fata igne purgatorio lui, tradit *de expurgationibus* liber fol. m. 6. Medalliga gódir oc illir menn nidurfara i skírslar-eld : : : Því hvad er med þeim var óhreinsat, er þeir fóro af heimi þessum, þá man þat reinsaz i skírslar eldi. i. e. *Mediocriter boni & mali homines, cum moriuntur, in ignem lustralem descendunt - - - nam qvicqvid non expurgatum, de hoc seculo migrantes, secum ferebant, id igne purgatorio expurgabitur.* Stiklastadis instante jam pugnâ, qvæ Olavum Sanctum, & bonam exercitus partem absumsit, qvidam amicorum (Thormodus poëta, de qvo vid. Grettis s. cap. 53.) regem rogavit ut se comitem in coelum duceret, modo Mars iniqvus fatalem utriqve diem afferret; rex vero ex militis confessione percipiens, qvod ille qvatuordecim homicidia commisisset, per se non stare dixit, tantum promittens, ut militis anima post septem dierum in purgatorio poenas, qvietem aliqvam & tormentorum remissionem conseqveretur. Ol. s. h. p. m. 612. Man ec því heita þér, attu komir til nockurrar hvíldar eptir sjöund þína, oc mantu eigi mega minna vidkoma, enn dægr komi fyrir hvern mann, er þú hefir vegit. i. e. *Id tibi polliceor, ut post septendialem poenitentiam* (in purgatorio) *ad aliqvam qvietem pervenias, vix enim levior dabitur expiatio, qvam ut duodecim horarum poena pro singulis tuis homicidiis veniat.* Cum aulico poëtæ Olavi Sancti opprobrio qvidam dicerent, qvod regem angustiis circumventum deseruisset, ille culpam juramento dilaturus, sibi, si mereretur, vindicem ignis purgatorii sævitiam imprecatus est. H. K. VIII. 9.

Hafa láti mik heitann	*Ferventem mihi decernat*
hvíta Kristr at víti	*Christus albus poenæ nomine*
eld, ef Olaf vildac,	*ignem, si Olavum voluerim*
er ek skirr um þat, firrazt.	*(hac culpa vaco) deserere.*

 (*d*) Cre-

(*d*) Credebat vetus ecclesia, qvod Christianorum animæ post mortem in purgatorio consociarentur, qvo se invicem consolationibus erigerent, unde in votis qvisqve habuit, ut conjunctissimi in vivis amici sodalitium sibi defuncto contingeret: ita. Ol. s. T. lib. II. p. 19. Let Olafr konúngor pav ord um fara, at hann skylldi honum til sin bodit hafa, ef þeir hefdo þá báþir lifat, því at konúngr qveðz hyggia, at sia myndi betr hafa, er sálu felag ætti vit hann. i. e. *Rex Olavus interdum significavit, se Asolfo suum officium obtulisse, si eodem tempore vixissent, rex enim ita se sentire dixit, qvod felix sua sorte esset, qvi cum illo* (Asolfo) *animae consortium haberet.* confr. Laxdæla s. cap. 33 & 68. qvæ hanc societatem communi sepulcro conditis assignare videtur.

§. 10.

Qvi maturâ ætate baptizati, tempus, qvo vestem albam gerebant, hoc est post suum qvisqve baptismum septimanam unam, (*a*) addiscendis fidei elementis dederunt. (*b*)

(*a*) Confr. supra cap. VIII. §. 4.

(*b*) Ut hic multum temporis spatium discendo consumeretur, doctrinæ compendium minime postulavit; adultorum vero institutionem cum albæ vestis usu tempus unum & idem reqvisivisse, aperit Ol. s. T. ut alias ita lib. II. p. 7. Þessum hinum góðu mönnum fanz sva mikit, um ræþo konúngs, at þeir játuþo þegar at trúa á sannan Gud, voro þeir þá skírþir oc þeirra föroneyti, siþan hafdi conongr þá i boþi sino, oc veitti þeim ena virduligustu veitzlu, medan þeir voro i hvítavoþum. oc let kenna þeim heilög fræði, siþan fóro þeir med vináttu konúngs oc göþum gedsom heim til búa sinna. i. e. *Hac regis Olavi oratione* (parænetico sermone) *probi ill homines tantopere commovebantur, ut confestim in verum Deum velle se credere assentirent, qvare cum suo comitatu baptizati fuerunt, qvo facto rex*

rex illos ad ſuum convivium invitavit, & qvamdiu in albis fuerunt, honorificè adhibuit, ſacrisqve dogmatibus inſtitui curavit, poſtea regis amicitia & honeſtis muneribus aucti, ad habitacula ſua domum ibant. Nec aliud monſtrat O. M. cap. XI. p. 47. de ipſius Olavi baptiſmo: Sidan varo þeir þar i þeirri eyo, til þeſs þeir lögdo nidr ſkírnar klædin, oc ſtyrcduz þeir þá hvern dag i helgum kenningum. Translator vertit: *In hac inſula remanſerunt, qvamdiu veſtitu, in qvo luſtrati erant, utebantur, imbuebantur omnibus diebus ſacris praeceptis.* Deniqve per ſe probabile eſt, albatos catecheſin tractaſſe, qvod hoc temporis articulo, ſui ſacri habitus cauſâ, negotiis aliis eximerentur.

§. II.

Junioribus vero ſponſorum inſtitutioni ad ſeptimum ætatis annum vacare licuit, (*a*) qvem qvidem terminum qvò qvisqvam longius exceſſerat, eò graviorem ſuæ negligentiæ multam dependit. (*b*)

(*a*) Præter indirecta univerſalis hujus inſtituti documenta, qvæ ex variis ſeptuennis ætatis partibus deducimus, illi, ſine ſacrorum dogmatum notitiâ, temere fruſtraqve impoſitis, directa nobis ſuppeditant. K. R. J. tit. 1. Hværiom manni ſeau vetra gömlum, eða ællra, er ſkylldt at kunna credo, pater noſter, ave Maria, enn æf fimtán vetra maðr gamall kan æi fyrir órœktar ſacir, oc hæfvir hann vit till, þá er hann ſæcker þrem mörkom vit biſkup. i. e. *Hominem qvemlibet ſeptennem, aut natu majorem, credo, pater noſter, & ave Maria, memoriter tenere oportet, ſi vero annos qvindecim natus, cum ſanam habet mentem, propter incuriam nondum didicit, tribus marchis epiſcopo ſolvendis mulctabitur.* K. R. M. Dan. Nu ſaa ſom ſiu vetter ædhe ældre ero ſcyldighe att næma pater noſter, ave Maria, credo paa Norſke, och ſigne ſig medh dez hellighe Kors tegen. i. e. *Qvi circiter ſeptennes, ſive adultioris aetatis ſunt, ad hoc obligantur, ut lingvâ Norvegica pater noſter, ave Maria, credo, & ſanctae crucis charactere ſeſe ſignare diſcant.* K. R. A. tit. 1. vide

cap

cap. II. §. 4. (a) Similiter intelligo K. R. Þ. tit. 1. Hvereom manni er vit hefir til oc hygginði, karli oc kono, er skylldt at kunna pater noster oc credo in Deum; ef þav vilea eigi kunna oc hafa þav vit til, þá varþar þeim þat fiörbavsgarþ. i. e. *Quicunque scit & sapit homo, tam vir quam foemina, credo in Deum, & pater noster teneant; haec* (vero) *si sufficiente ratione praediti tenere noluerint, poenae fiörbogicae obnoxii sint.* Deniqve ex historicis huc qvoqvè respicit Fær. s cap. 6. Sveinnin Sigmundr, var þá nio vetra gamall, oc hinn skiótligazti at siá, módir hans spurði hvad Þrándr hefdi kennt hanum; sveinnin qvadz numit hafa saksóknir at sækia oc rettarfar sitt, lá hanum þat greitt fyrir; þá spyr hún hvat fóstri hans hefdi kent hanum í helgum fræþum, Sigmundr qvadz numit hafa pater noster oc kreddma. i. e. *Puer ille Sigismundus, novem tunc annos natus, se ingenio vegetum ostendit, hunc cum mater* (Thora) *de praeceptis ei à Thrando traditis interrogaret, puer dixit se actiones forenses, jurisqve viam percepisse; illá porro qvaerente, qvid sacrorum dogmatum eum nutritius docuisset, Sigismundus respondit, quod pater noster & credo didicisset.*

(*b*) Leges nostræ ecclesiasticæ istam negligentiam longe diversâ ratione in transgressoribus vindicant, tales ad poenam fiörbogicam damnat K. R. Þ. vid. (a), certa pecunia multant K. R. J. vid. (a), K. R. A. vid. cap. II. §. 4. (a), K. R. S. vid. cap. XIV. §. 11. (a), nempe toties sacrorum dogmatum ignorantiam, qvoties malum qvendam hujus fructum & conseqventiam nostri reprehendunt; peculiari sententia J. Eccl. Can. Magni ejusmodi homines christiani nominis & consortii honore privat art. 22. *Qvi haec* (symb. apost. & Or. dom.) *condiscere noluerit, nec ullam morte delectus cum Christianis capiet tranqvillæ qvietis partem, nec vivus & superstes ad eucharistiam admittetur, nec ipse deniqve viri Christiani nomine dignus putabitur.*

§. 12.

Discendi tandem labore postqvam se juniores exsolverant, eodem anno ecclesia illos, præmissa absolutione, ad confir-

confirmationem coenamqve dominicam recepit, (*a*) & ad sacra dehinc officia, (*b*) iis aeqvam ac adultis concessit auctoritatem.

(*a*) K. R. A. tit. 31. Hverr sem eigi gengr til skripta i lánga fósto oc tekr eigi þiónustu á páskum, oc er hann vji vetra gamall eda ellri, þá skal sá madr giallda biskupi slíka skyld fyri, sem hann leggr á hann, fyri hvert sinn þæirra; - - - dregr hann i veniu þriá vetr, edr þrim vetrum lengr, at hann gengr eigi til skripta i lannga fóstu, oc tekr eigi þiónustu á páskum, oc er tólf vetra, eda tólf vetrum ellri, þá drygir hann hæidindóm, oc er af því útlægr, oc fe hans allt. i. e. *Qvincunqve septem aut plures annos natus, in quadragesimâ non it ad confessionem, nec in paschate ministerium* (sacramentum coenæ) *accipit, ille episcopo, qvantum hic exegerit, mulctae nomine pro qvavis vice dependat; si per triennium vel diutius, duodecennis aut plures natus annos, confessionem in qvadragesima, vel in paschate ministerium continuè negligit, ethnicum* (ethnico dignum) *facinus committit, qvare proscribendus est, ejusqve opes confiscandae* K. R. S. vid. cap. XIV. §. 11. (a)

(*b*) Hæc erant baptismi & confirmationis susceptio, breviorisqve baptismi administratio, qvippe qvæ ignaris committi non debebant, sed probè in christiana doctrina institutis, vide cap. II. §. 4. (c) & ibid. §. 6. (c).

§. 13.

Qvia christiana catechesis simplex erat, & sermone peregrino concepta, fuere non pauci, qvi eam vilipenderent, & sacrorum dogmatum, qvæ perfunctoriè didicerant, memoriam rursus obliterarent. (*a*)

(*a*) Permodicum doctrinæ catecheticæ pretium & usum agnovit Hallfredus, nec multum sua interesse judicavit, ut ejus memoriam adeo diligenter

genter servaret, ceu ex verbis poëtæ videre est, qvamvis sub joci specie dictis: Hallfr. s. membr. Þat var einn tíma at Hallfreðr scáld geck fyrir konúng, oc kvaddi hann; konúngr tók því vel, oc spurði, ef hann kynni fræði þav er hann hefði látit kenna hánum? Hallfreðr kveðz því hlíta mundu, oc bað konúng hlyða kvæði, at hann hafði ort um hann, konúngr lez eigi hlyða vilia kvæði hans, Hallfreðr mælti, því mantu ráða herra, enn tyna man ek þá fræðum þeim, er þú lez mik nema, ef eigi viltu hlyða kvæðinu, því at eigi erô þav fræði scáldligri enn kvæðit; konúngr mælti vandræða scáld ertu við at eiga, oc man ek hlyða kvæði þinu. i. e. *Cum aliqvando Hallfredus poëta regem accederet, eumqve salutaret, rex illum humaniter accepit, qvaesivitqve, num dogmata teneret, qvibus eum institui curasset? respondet Hallfredus, se suâ notitia contentum esse* (notitiam suam sibi sufficere), *regem porro rogans, ut auscultare vellet carmen, qvod de ipso composuisset; rex regerit, nolle se carmen ejus audire: tunc Hallfredus; istud domine in tua potestate situm est; verum dogmata jussu tuo mihi tradita dediscam, si carmen audire dedignaris, non enim illa dogmata hoc carmine venâ poëtica qvicqvam praestant, rex iterum; tu sane es poëta difficultatem struens cuiqve rem tecum habenti, qvare,* (cum necessitatem mihi afferas) *carmen illud tuum audiam.* Confer qvæ ad hunc locum dixi supra §. 6. (d). Thrandi Færöensis indifferens de fide & catechesi judicium tangit his verbis Fær. s. cap. 6. Þóra segir Þrándi, at Sigmundr sonr hennar hafi flutt fyrir henni fræði þav, er hann hefði kent hanum, oc þickir mer, segir hún, eingi mynd á kreddunni; því er sva háttat sem þú veiz, segir Þrándr, at Kristr átti tólf lærisveina eda fleiri, oc kunni sina kreddo hvarr þeirra, nú hefir ec mína kreddu, enn þú þá þú hefir numit, oc ero margar kreddur, oc er slíkt, sagdi hann, eigi á eina lund rett. i. e. *Thora Thrando refert, Sigismundum filium suum disciplinas ei à Thrando traditas coram recitasse, verum inqvit ea, qvam didicit, fidei formula rudis & incondita mihi videtur; regerit Thrandus, res ut nosti ita se habet; Christus duodecim aut plures discipulos habuit, qvorum qvisqve suam fidei formulam* (suum credo) *memoriâ tenuit; hinc meam ego, tu eam qvam didicisti, fidei formulam habemus, plures enim formulae sunt, qvae licet variae*

variae ſint, rectae tamen omnes judicandae. Ex his Thrandi nugis non difficulter intelligitur, qvod illam, qvam catechumenus didicit, confeſſionem apoſtolicam, jam dudum oblivioni dederit, ejusqve loco aliam precatiunculam ſuppoſuerit, qvam vide §. 5. (b).

§. 14.

Deniqve cum plures avitis erroribus inviti nuncium remitterent, (*a*) non raro poſt fidem acceptam, toti ad priſtinum gentiliſmi fermentum relapſi ſunt, (*b*) vel ſaltem profanas aliqvas opiniones & errores ſimul cum fide pertinaciter retinuerunt. (*c*)

(*a*) Qvam vehemens & pertinax fuerit gentilium pro ſuis ſacris zelus, vel inde liqvet, qvod horum plures, poſtqvam Chriſto nomen dederant, neglecti deorum cultus deſiderio, & miſero amore etiamnum tenerentur, hoc ut ulterius probem, audire libeat Olavi regis poëtam aulicum Hallfredum, de ſe ad fidem recens converſo loqventem, ex cujus verbis plures tutò judicabis Ol. ſ. T. m. ſc. p. 613.

Fyrr var hitt, er harra i. e.	*Fuit olim tempus, cum dominum*
Hlidſkiálfs gat ec ſeálfan,	*Hlidſcialſae ipſum*
ſkipt er á gumna giptu,	(*mutationem ſors humana nunc ſubit.*)
gepſkiótan vel bléta.	*animo alacrem ſacrificiis lubenter colerem.*

Idem alibi ſuam qverelam his verbis repetit:

Sás meþ Sygna ræſi i. e.	*Ille eſt cum Sognenſium rege*
ſiþr at blót ero qviþiut,	*mos* (invectus), *ut ſacrificia accuſentur,*
verþum fleſt at forþaz	*neceſſe habemus pleraqve vitare*
Fornhaldin ſkôp norna,	*antiqvitus ſervata parcarum decreta,* (priſcam religionem)

Iáta allir ytar	*nunc omnes miſſam faciunt*
Oðins ætt fyri róða,	*Odini familiam* (Deos) *pro cruce,*
verð ec neyddr frá Niarðar	*cogor, deſerta Niordi ſobole,* Freyo,
niðiom, Krist at biðia.	*Chriſtum adorare.*

Thrandus Færöenſis jam converſus, qvo in cultum Chriſtianum animo fuerit, ex ejus ad præconem verbis intellige. Þú hefir mer margar ſkammir gert, oc þá verſta, er þu Kúgaðir mic til ſiða ſkiptis, er ec uni verſt vit allar ſtundir. i. e. *Multas tu mihi contumelias intuliſti, tunc vero maximam, cum me religionem mutare cogeres, cui* (præconio tuo) *me conſenſiſſe nunqvam non aegerrime fero.* Alium Thrando non multo meliorem in exemplum proponit Grettis ſ. cap. 34. cui cum mater familias pridie natalitiorum, qvippe die tunc eſuriali, jentaculum negaret, ipſe chriſtianam fidem & leges indignabundus damnavit; hujus commatis plura alii loco reſervo.

(*b*) Gentilium, qvoad illi rerum potiti ſunt, in orthodoxos odium & contemtus multos infirmiores ad apoſtaſiam compulit; ita Ol. ſ. T. m. ſc. p. 415. Fyri þvi at myklo váro fleiri heiðnir menn, þeir er með öllu afli ſtoðo mót retti trú, oc með illgirnd ſmáðo oc fyrirdæmdo kriſtna menn, enn hinir ſiálfir úngir i trúnni, þá hurfo þeir ſumir aptr til heiðni, er áðr varo kriſtnir at kalla. i. e. Cum *numero multum praevalerent gentiles, qvi omni vi & ratione rectae fidei reſtiterunt, hominesqve chriſtianos malitioſè ſpreverunt, & condemnarunt, ipſi vero* (converſi) *in fide novitii eſſent, qvidam ad gentiliſmum redibant, qvi prius nomine tenus Chriſtiani fuerant.* Adde qvod pauci, ut ante monui, ſincere & ex animo, multi vero per ſpeciem novam evangelii doctrinam probarent, unde non mirum, qvod ſuæ menti relicti, mox ad vetus ingenium redirent; ſcite in hanc ſententiam Ol. ſ. H. cap. 45. ubi de apoſtatis qvibusdam ſermo eſt; Þegar er lyðrin var friálſari, þá feſtiz þeim þat fleſt i ſkap um átrúnat, er þeir hofðo í barnæſku numit. i. e. *Plebs enim qvamprimum poteſtatem vivendi nacta, de religione eas pleraſqve opiniones animo infixit, qvas in pueritia imbiberat.* Diaconi à fide ad paganam idololatriam deficientis meminit Niála cap. 145. Bróðir (víkingr) hafði verit maðr

kriſtin,

kriſtinn, oc meſso diákn at vígſlu, enn hann kaſtadi trú ſinni, oc giórdiz gudníþingr, oc blótadi heiþnar vættir. i. e. *Broder* (pirata) *fuerat Chriſtianus, & officio diaconus miſſae, ſed fidem abjecit, & apoſtata factus, profanis geniis* (dæmonibus) *ſacrificavit.* Certe Broder apoſtata nomen ſine omine non ferebat, cum plures fratres, ſuiqve ſimiles haberet, eorum qvendam memorat vita Joannis Sancti epiſcopi Holani: Madr het Sveinn, hann var ſva avnliga leikinn oc ſpottadr af ſiandanum, at hann kaſtadi nágliga kriſtiligri trú, oc gleymdi ölln því ſidferdi, er kriſtnir menn eigu at hafa. i. e. *Vir nomine Sveno extitit, qvi adeo miſere à Satana deluſus eſt, ut propemodum chriſtianam fidem abjiceret, & omnem conſvetudinem, homini chriſtiano ſervandam, negligeret.* Confr. Heimskr. lib. VII. cap. 115.

(*c*) Ethnicarum ſuperſtitionum non leves reliqvias apud primos arctoi orbis Chriſtianos deprehendimus, cum eorum multi perverſè & paganè ſentirent, de Deo, de anima, de fato, de altera vita, qvæ hic non perſeqvar, cum hæc omnia ſeorſim potius, qvam in tranſitu, dici mereantur: mihi omnium inſtar hic erit Grettis ſ. m. ſc. qvæ breviter, ſed argutè hæc perſtringit cap. 66. Þó kriſtni væri í landino, váro enn margir gneiſtar heiþninnar eptir, þat höfþo verit lög her i landi, at eigi var bannat at blóta á laun, eþa fremia adra forneſkio, enn varþadi feorbaugsgard ef opinbert yrdi. Nú fer ſva mörgum, at þeir giöra ſem hönd á venin, oc þat er tamaz hvat i æſku var numit. i. e. *Qvamvis hoc loco Chriſtiana fides coleretur, multa tamen gentiliſmi veſtigia ibidem hactenus reſtabant; ea legis ratio tunc erat, ut in abdito ſacrificare, & aliis antiqvae ſuperſtitionis exercitiis operam dare liceret, poenâ fiörbogica illis ſolis praeparata, qvi ſic apertè facerent; verum multis accidit, ut haec fere agant, qvibus conſveverunt, id enim lubentius exercetur, qvod à teneris condiſcitur.* Confr. E. Pontopp. *Annales Eccl.* lib. II. p. 108. Ejusdem *Everric. fermenti veteris* cap. 1. integrum. Hâc fidei & morum faeculentiâ, ut provinciam ſuam ſive dioeceſin purgaret, omnem movit lapidem Joannes primus Holis in Islandia epiſcopus, & ad evellendum

lendum ex hominum animis numinum ante cultorum memoriam, ferias ſeptimanæ ab iis denominari vetuit, qvâ occaſione diebus indita nomina hodienum apud Islandos retinentur; Vita Jo. fol. m. 12. Þvíat ádr varo eptir i kriſtninni miklar oc illar afleifar heidins ſidar, er eigi var upprætt ur gudligum akri, medan kriſtnin var úng, fyrirbavd hann ſterkliga allar hindrvítur, er fornmenn höfdo tekit af túnglkomum eda dægrum, eda eigna daga vitrum mönnum heidnum, ſva ſem at kalla Tys dag, Odins dag eda Þórs dag, enn bavd hafa þat dagatal ſem helgir fedur hafa ſett í ritningum, at kalla annan dag viku, þridia, oc ſva út. i. e. *Qvia ante haec tempora multae malaeqve pagani cultus reliqviae in chriſtianiſmo manebant, quae, dum eccleſia junior eſſet, ex divino agro nondum exſtirpatae ſunt, ipſe* (Joannes) *omnes falſas doctrinas* (ſuperſtitiones occultas) *ſeverè interdixit, qvas ex noviluniis aut diebus antiqvi captarant, vel hebdomadam gentilibus ſapientioribus dicare, Tyri, Othini, Thori dies appellando, quorum loco eam dierum appellationem ſervari voluit, quam in ſcriptis ſuis ſancti patres poſuerunt, ut primus, ſecundus, & ſic porro, ſeptimanae dies vocarentur.*

Cap.

Cap. XIV.

De Confirmatione.

Synopsis.

§. 1. Confirmatio utpote baptiſmo cognata hic tractatur. §. 2. Qvibus cerimoniis celebrata. §. 3. Frontale confirmatorium. §. 4. Hoc qvamdiu geſtum. §. 5. Adultis & infantibus commune. §. 6. Patrini confirmandis dati. §. 7. Ab hoc officio qvinam prohibiti ſint. §. 8. Hinc orta ſpiritualis cognatio. §. 9. Miniſter confirmationis. §. 10. Ejusdem ſubjectum adulti. §. 11. Juniores. §. 12, Duplex finis. §. 12. Confirmatio piam præparationem poſtulavit. §. 14. Eam negligentes, qvomodo puniti. §. 15. Ritus origo. §. 16. Ejusqve abrogatio.

§. 1.

Catecheſin excepit confirmatio, (*a*) qvam ad circumſtantias baptiſmi refero, qvod hæc à fundato apud nos chriſtianiſmo individuus baptiſmi comes fuerit, (*b*) fidemqve in baptiſmo accenſam confirmarit, (*c*) unde hunc actum noſtri qvoqve veteres à ſcopi & efficaciæ ſpiritualis ſimilitudine, nonnunqvam vernaculo ſermone baptiſmum nominarunt. (*d*)

(*a*) Noſtri ab effectu Ferming, (ut Germani Firmung) *Firmationem*, à miniſtro Biſkupan, h. e. actum epiſcopalem vocarunt, mentionem nominis utriusqve faciente K. R. A. tit. 3. Næſt ſkirn er helgan

helgan ſú er ferming heitir, enn ſumir kalla biſkupan, er þat ſtaðfeſting viðtekinnar trúar. i. e. *Illa eſt baptiſmo proxima ſanctificatio, qvae firmatio, aut juxta quosdam, epiſcopatio dicitur, hoc eſt acceptae fidei corroboratio.* In primæva vero eccleſia, non *confirmatio* dici conſvevit, ſed χρίσμα, χειροθεσία, σφραγὶς ſive *ſignaculum Domini*. Bingh. lib. XII. cap. 1. §. 1.

(*b*) Baptiſmi & confirmationis arctam neceſſitudinem monet. K. R. J. tit. 8. Ero þeſſar hælghanir ſkírn oc ferming ſva ſamtæingðar, at hvarghi má annarar miſſa, nema davði komi i millum. i. e. *Hae duae ſanctificationes, baptiſmus nimirum & confirmatio, invicem adeo conjunctae ſunt, ut niſi mors intervenerit, una ſine altera eſſe neqveat* (utraqve alteram reqvirat). Cæterum qvamvis apud noſtrorum auctorum antiqviſſimos confirmationis rarior occurrat mentio, certum tamen eſt, ejus uſum cum fide chriſtiana invectum eſſe, ceu nobis perſvadent K. h. G. tit. 25. Vigа-Gl. ſ. cap. ult. Ol. ſ. H. cap. 215. alii, qvi cum prima chriſtianiſmi cunabula reſpiciunt, confirmationis ritum nominant.

(*c*) K. R. A. vid. not. (a).

(*d*) Baptiſmi nomine confirmationem appellat. K. R. J. tit. 8. ubi de illa dicturus ſic præfatur. Her ſeghir um þá ſkírn, er færming hæitir. i. e. *Hic de illo baptiſmo dicetur, qvi* (alioqvin) *confirmatio vocatur.*

§. 2.

Confirmatio fuit ſacer & ſolennis, ſed qvantum conſtat brevis & ſimplex ritus, qvo miniſter, pias adhibens preces & formulas, (*a*) confirmationis candidato manus impoſuit, (*b*) & fronti ſacrum chriſma in formam crucis illevit, (*c*) hoc fere ordine ſervato, ut ad recipiendam benedictionem primo maſculi, poſt foeminæ, admitterentur. (*d*)

(*a*) For-

(*a*) Formula in confirmatione, olim & hodienum ecclesiæ Pontificiæ adeo familiaris, hæc eſt: *Signo te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti.* Jo. R. Engav. *Elem. juris can.* lib. I, §. 325, qvâ & noſtros homines uſos fuiſſe vel ſola rituum convenientia ſvadet; de aliis inter confirmandum uſitatis formulis & precibus, qvorum qvædam ſatis prolixæ ſunt, qvi velit adeat Bingh. *Origg. Eccl.* lib. XII. cap. I. Cent. Magdeb. ſuis locis.

(*b*) Hinc totus actus *benedictio epiſcopalis*, & *ſanctificatio* interdum vocatur. *Fragm. membr.* vid. §. 7. (d). R. K. J. vid. §. 11. (b).

(*c*) Tales confirmationis cerimonias a Boehmero (T. III. Lib. III. tit. 42. §. 57.) & aliis fuſè memoratas, noſtra qvoqve monumenta paucis delibant. R. K. A. vid. §. 10. (a), & Poſt. ſſ. §. 15. (a), cet.

(*d*) Fragm. membr. ut hanc ſexus virilis prærogativam doceat, de confirmandis ordinat. Sari fyrr til ſveinbörn, enn ſidan meybörn, ſtandi karlmenn ſunnan til, enn konur nordan. i. e. *Primo pueri, ſecundo puellae* (confirmandi) *prodeant, viri ad auſtrale foeminae ad boreale* (templi) *latus ſtent.*

§. 3.

His abſolutis confirmator initiati caput vitta confirmatoria obligavit, (*a*) qva crucis ſignum chriſmate ductum muniretur, (*b*) fuit vero hoc ſacrum ornamentum vittæ linteæ genus, qvod in hunc uſum ipſe confirmandus, aut ejus neceſſarii pararunt. (*c*)

(*a*) Vernaculâ Ferme-dregill, Jo. Paus (in legis Eccl. Gulenſis verſione) danicè exprimit Ferme baand h. e. *ligula confirmatoria*, qvod qvidem nudum vocabulum in legibus eccleſiaſticis crebro legitur, ejus vero uſus non item.

(*b*) Hunc proprium & præcipuum fuiſſe vittæ confirmatoriæ uſum, tradit fragm. membr., ubi illis, qvi ſuos infantes confirmandos offerunt, ita præcipit. **Beri fram baurnin þav er biſkupa ſkal, oc fái menn til á at halda, dregla ſva lánga, at vel megi knyta um hofudit, oc ſva breida, at hyli kriſino kroſsin.** i. e. *Pueros confirmandos in medium proferant, & quaerant homines patrini officio functuros, item ligulas tam longas, ut circa tempora connecti poſſint, tamqve latas, ut crucem chriſmatis tegant.*

(*c*) Vide notam prægreſſam.

§. 4.

Vittam confirmatoriam puer chriſmatus in tertium diem ferebat, cum hujus parentibus in mandatis dabatur, curare, ne toto hoc tempore ſacrum illud redimiculum ſolveretur, vel à pueri capite decideret, (*a*) tertia vero luce, cum hoc deponeretur, mox igne combuſtum eſt, ſignumqve chriſmatis ſimul ablutum. (*b*)

(*a*) Hoc ut pueri confirmati mater curæ habeat, cum poenæ minis jubet idem Fragm. membr. **Þriár nætor ſkulo dreglar um hǒfut barnanna, oc ſkulo mædurnar at geyma, oc láta ei affalla, ellegar ſkulo þær vatn faſta, þriár nætr fyrir hina fyrſtu, tvær fyrir adra, oc eina fyrir hina þridio.** i. e. *Per tres noctes* (triduum) *puerorum confirmatorum capita taeniis cingantur, matres vero interea curent, ne taeniae decidant, ſecus pro prima nocte* (i. e. ſi prima nocte illa faſcia ſolvitur) *trinoctium, pro ſecunda binoctium, pro tertia unam noctem, usqve ad aqvam jejunent,* (victu omni præter aqvam abſtineant.)

(*b*) Ita paulo poſt locus citatus: **Þá af er leyſtr fermi dregillin, ſkulo þvaz hǒfut barnanna i lút oc vǒrmu vatni, enn dreglunum ſe i eld kaſtat.** i. e. *Laxatâ taenia confirmationis, puerorum capita lixivio & calida laventur, taeniae vero in ignem conjiciantur.*

§. 5.

§. 5.

Hujus taeniæ confirmatoriæ uſus non tantum ad puerilem ætatem pertinuit, ut ex dictis fere patet, verum id qvoqve gesſiſſe confirmatos adultos, obſervata in ſacris conformitas non ſinit dubitari. (*a*)

(*a*) Qvantum ſcio, veſtis alba inter confirmandum non ferebatur, vid. Boehm. *J. E. Proteſt.* tom. III. lib. III. tit. 42. §. 57. ubi dicitur de confirmationis cerimoniis, in eccleſia Romanenſi uſitatis; Legimus qvidem in Viga-Gl. ſ. cap. 28. Glumum poſt confirmationem in albis mortuum eſſe, verum hic locus veſtis albæ in confirmatione uſum non oſtendit, at religionem tangit veterum Chriſtianorum, qvi jam morituri denuo induerunt veſtem baptiſmalem, credentes hujus ſanctitate & externo nitore reddendam coelis animam ab omni labe & vitio purgari, de qvo plura legis ſupra. cap. VIII. §. 8. ſeq.

§. 6.

Ut in prima ſignatione & baptiſmo, ſic in hoc actu confirmandis patrini dati, qvi eis inter confirmandum adſtiterunt, vel ſi pueri eſſent, ulnis geſtarunt, (*a*) de cetero hic legibus cautum eſt, ne plures eodem tempore initiandi unum, ſed ſuum ſinguli paraſtatam acciperent. (*b*)

(*a*) Patrinorum olim in confirmatione præſentium paſſim ſit mentio; inter alia vide Fragm. membranei lemma §. 3. (b) relegendum. Qvantum ad exteros, vid. Engav. l. c. Hi, ut in prima ſignatione & baptiſmo, gudſedgin, *divi vel ſacri parentes dicti:* eorum vero miniſterium hæc plerumqve phraſis complectitur; at halda undir biſkups haund, *ſub manu epiſcopi tenere.* Lat. *ad chriſma offerre, coram epiſcopo tenere.*

 (*b*) Qvot

(*b*) Qvot affuerunt confirmandi, tot compatres per bonam confeqventiam reqvirit fragm. membr. monens præter unum à nemine poffe teneri. vid. §. feq. (d).

§. 7.

Qvi ex fonte facro qvemqvam fufceperat, in confirmatione illius compatrem denuo agere non debuit, nifi aliorum abfentia huius rei neceffitatem ei afferret, (*a*) fimiliter dictam fpartam ornare non poterant, ejus, qvi confirmabatur parentes; his enim, qvemadmodum fuos infantes baptizare, (*b*) vel in baptifmo pro iis fpondere, (*c*) ita confirmandos tenere interdictum eft. (*d*)

(*a*) Ratio legis, qvam præcifè definire non licet, ni fallor, in cognationis fpiritualis fcandalo latuit. Agr. h. T. p. m. 7. Þolaz má at hinn fami halldi bæði undir fcírn oc bífcups hönd i navðfyn, enn æighi elligħar. i. e. *Qvod idem in baptifmo & fub manu epifcopi puerum teneat, in cafu neceffitatis, non alias, tolerari poteft.* vid. *de Cogn. fpirit.* cap. IV. §. 6.

(*b*) cap. II. §. 9.

(*c*) vide cap. VII. §. 8. (c)

(*d*) Enati ex conjugum facra cognatione fcrupuli etiam cudendo huic interdicto anfam præbuerunt. Fragm. membr. Eingi madr haldi á fiálfs fins barni, þá er biſkup fermir, oc eingi á ftiúpbarni finu, oc eingi meir enn á einu, beri eigi burt fyrr enn blefsat fe. i. e. *Nemo fuum filium vel priviguum, aut* (ad eumdem actum) *uno plures, fub manu epifcopi fuftineat, nec* (confirmaudum) *auferat, antequam benedictionem receperit.*

§. 8.

§. 8.

Tam à patrinis in confirmatione ſuſceptæ partes, qvàm vittæ ſacræ reſolutio confirmatum, hujusqve parentes, cum ſuis paraſtatis ſpirituali neceſſitudine conjunxit, (*a*) vi cujus inter eos matrimonium contrahi non potuit. (*b*)

(*a*) Vide de *Cogn. ſpirituali* cap. II. §. 4.

(*b*) Vide l. c. cap. VI. §. 2. ſeq.

§. 9.

Muneris hujus administratio, non ſacerdotibus ſtrictè ſic dictis, ſive parochis competivit, ſed ſolis, qvi literas ſtuduerant, epiſcopis, (*a*) ſiqvidem ſeptentrionalis eccleſia, ut ex alia occaſione monui, hæc & alia ſacra officia, ab epiſcopis latinè non doctis præſtita, pro legitimis minimè agnoſceret. (*b*)

(*a*) Confirmationis officium, etiam archiepiſcopi ſibi vindicarunt, in ſuis ſcilicet dioeceſibus, vide K. R. J. tit. 7. Verum alioqvin epiſcopi, K. R. H. vid. §. 11. (a) K. R. A. tit. 3. Má ferming af eingum fullgeraz ne fremiaz, nema af biſkupi. i. e. *Confirmationem à nemine, praeter epiſcopum, abſolvi aut adminiſtrari permiſſum eſt.* Eundem in Svecia morem teſtatur. K. b. Wäſtg. l. VI. Fl. Cruſser ok klokthor, kalka oc måſſufat, them ſcal Biſcuper wigia firi tiunda, thån år bônder gåra hanum, oc bôrn fårma. i. e. *Pro decimis, qvas ruſtici epiſcopo tribuunt, cruces ille & campanarium, calicem & miſſalem veſtitum conſecret, puerosqve confirmet.* Hinc Philippum diaconum ſuos baptizatos non confirmaſſe ſentiunt Poſtula ſôgur, ſive apoſtolorum vitæ, qvod ad ſubliniorem muneris eccleſiaſtici gradum promotus non eſſet, l. c. in vita Petri apoſt. Syndiz hann fy-

rir þetta diákn enn eigi postuli verit hafa, er hann skírdi at eins trúandi menn, enn fermdi eigi. i. e. *Inde apparuit illum diaconum, non apostolum fuisse, quod fideles homines tantum baptizaret, non vero confirmaret.*

(*b*) K. R. Þ. tit. 5. Ef maþr lætr þann byskop vígia kyrkeor, eþa byskopa börn es eigi es á Látíno túngo lærþr, oc verþr hann sekr of þat þremr mörcom, vit þenna byskop es her es áþr, oc skal siá taca vígslo kaup; sva skal kyrkeor vígia, oc byskopa börn, sem ecki se áþr atgiört. i. e. *Si qvis episcopum latinè non doctum, ad consecrationem templorum, vel puerorum confirmationem admittit, tribus marcis multetur, episcopo hic antea considenti solvendis, qvi etiam consecrationis praemium capessat, sic ista templa* (denuo) *initientur, & pueri confirmentur, perinde qvasi prius nihil factum fuisset.* vid. supra cap. I. §. 9. (b)

§. 10.

Subjectum confirmationis revera fuere omnes Christiani, (*a*) tam juniores, qvam adulti, (*b*) qvi ultimi post absoluta studia catechetica, ordinarie mox ad hunc actum recepti sunt. (*c*)

(*a*) Stabilitâ apud nos ecclesiâ, sine discrimine omnes confirmati sunt, docentibus K. R. Þ. vid. §. 11. (a) K. R. A. tit. 3. Skulo allir kristnir menn eptir skírn, taka i þessari stadfesting enn helga anda um álaugu biskups handar, med krisino. i. e. *Omnes post baptisinum Christiani homines in hac confirmatione per impositionem manus episcopi, Spiritum sanctum recipiant, cum chrismate;* vide huic similem sententiam in K. R. J. tit. 7.

(*b*) Ritum confirmationis circa prima Christianismi initia ad illos se extendisse, qvi adulti baptismum susceperant; concludo exinde, qvod olim soli confirmati unctionem (ut vocant) extremam reciperent, qvâ tamen in

in adulta ætate baptizati, primis jam temporibus usi sunt, ut perhibet exemplum Norna-Gesti, de qvo in mortis limine constituto, ejus vita sive Norna G. s. cap. ult. hæc habet: Gestr lagþiz i rekkio, oc beiddi þá olea sic, þat let konúngr gera. i. e. *Gestus* (ægrotans) *cubitum ivit, petiitqve, ut oleo ungeretur, qvod rex* (Olavus Tryggonis) *fieri curavit.* Omne vero dubium de adultorum confirmatione tollit Ol. s. H. ubi cap. 215. Þeir Gavka-Þórir oc Afar-fasti ganga þá til konúngs oc segia, at þeir vilia þá skírn taka, váro þeir þá skírþir af kennimönnum oc siþan biskupaþir, tók konúngr þá i hyrdlög med ser, oc sagþi þæir vera skyldo undir merki hanns i orrosto. i. e. *Gaukathorer & Afarfasto* (Sveci fratres) *regem accedunt* (Olavum Sanctum Norvegiæ regem, pugnam sibi exitialem anno 1030 commissurum) *seqve demum baptismum esse recepturos profitentur; tunc à sacerdotibus baptizati fuerunt, & deinceps confirmati; his factis rex illos jure aulico communicavit, suumqve vexillum in instanti praelio seqvi jussit.* Adde Viga-Gl s. supra cap. VIII. §. 9. citatam; confirmatio igitur olim ad conversos ex gentilismo adultos certe pertinuit, qvo tamen non obstante mihi verisimile est, hunc actum, tanto silentio in historiis nostris involutum, veteres subinde omisisse, saltem qvoties episcopi, soli confirmationis ministri, nulli aderant, ut ab initio in Islandia, Færröis & alibi.

(c) Qvamvis scriptores nostri rotunde non doceant, qvanto tempore baptismum secuta sit adultorum confirmatio; tamen non venit in dubium, qvin ordinarie catechesin exceperit, ut in reliqva occidentis ecclesia fiebat; T. Arnk. Cimbr. Heidenbek I. B. 7 cap. §. 8, & 9 cap. § 1. Circumstantiæ vero & impedimenta in causa fuere, qvo minus hoc communi instituto semper viveretur; Gavka-Thorer, notâ (b) nominatus, statim à baptismo transivit ad confirmationem, cum tempus ordinatum propter imminens praelium expectari non posset. Contra cum anno 1000 Islandi sacris mutatis, baptismo initiarentur, necesse fuit, ut, præsente nullo episcopo, confirmationem in longum differrent, & qvidem ita factum esse, vel unius Viga-Glumi exemplo patet, qvem demum tribus ab hinc annis, nempe anno 1003, confirmatum esse refert ejus vita

vita, cap. ult. non enim hujus dilationis caufam ad neglectum tamdiu catechifmum retulerim, in addifcendis cujus capitibus vix triduum qvidem, nedum triennium, confumi oportuit.

§. II.

Qvantum ad juniores in ecclefiæ gremio natos, longe fecus res habuit fe, qvippe qvi primitus apud nos fere feptennes confirmabantur, (*a*) feqventi vero tempore ad maturiorem intellectum & plenum rationis ufum provecti, (*b*) etiam qvi à parentibus excommunicatis geniti fuere. (*c*)

(*a*) Junior adhuc nofter chriftianifmus confirmavit nonnunqvam infantes, monftrante Sturl. f. lib. II. cap. 1. Gudmundi Epifcopi exemplo, qvem Klangus qvintus Skalholtenfis epifcopus anniculum confirmavit, magis ordinarie tamen hæc ipfa aetas pueros demum, cum catechifmum didicerant, hoc eft anno feptimo, ad confirmationem admifit, qvod probatur α) ex facra fynaxi, qva, tam apud nos, qvam exteros folis confirmatis conceffà (vid. §. 12. (b) pueri tot annos nati ufi funt, juxta. K. R. F. lib. I. tit. 40. Hværr maðr feð vetrum ellri ſkal á hverium páſkadeghi taka húſl, ef hann má til kyrkio komaz, enn ef hann er fimtan vetra gamall, eða ellri, oc er hanom æighi ſva ſcript, at han ſcoli húſl taca, oc ſiter han ſva tolf mánaðe, oc eter þó kiöt, fyrr en hann hefver húſl tekit, þá ſekizt hann fyrſta árit þrem maurkom, oc ſva annat oc hit þriðia, enn útlægr ef længr ſitr. i. e. *Qvicunqve annos feptem exceffit, quovis Pafchatis die primo, modo templum vifere poterit, facram coenam accipiat, verum cum annos natus qvindecim, aut eam aetatem egreffus, nondum talem cepit abfolutionem, ut facram coenam aggredi queat, menfesqve duodecim fe domi ita continet, & carnem comedit, priusqvam ad facram coenam acceſſerit, primo anno tribus marcis multetur, fecundoqve itidem & tertio, fi vero manet diutius, exulet.* β) Qvia qvævis ad confirmationem reqvifita (ætatem puta, rationem, & fidei cognitionem) fep-

ſeptennes pueri poſſidere credebantur (vid. cap. XIII. §. 11.). His γ) accedit qvod K. R. Þ. tit. 5. non adoleſcentes, ſed pueros confirmari pro notiſſimo habeat: Byſkop er til þeſs ſkylþr, es han fer yfir fiorþúng, at koma i lóg repp-hvern, ſva at allir nái fundi hans oc vígia kyrkeor, oc ſóng-hús, oc bæna-hús, oc byſcopa bórn, oc veita mónnom ſkriptargáng. i. e. *Epiſcopus dum per qvadrantem terrae proficiſcitur, quo magis ejus conventus omnibus pateat, debet in qvodvis propriae curiae territorium venire, templa odeaque & oratoria ſacrare, pueros confirmare, & confitentes peccatis abſolvere.* (vid. §. 9. (b).)

(*b*) Recentiores, contra praxin veterum, pueros non adeo teneros confirmarunt, ab illis poſtulantes, ut fidei non modo dogmata tenerent, ſed & veritatem caperent; ceu videmus ex K. R. J. tit. 6. Skulu allir Kriſnir mænn, þæir ſæm ſcynſemd oc alldr hafva til þeſs, faſtande oc vel ſcriptaðer taka þeſsa helgan, með mykille virding, oc æi optar enn eitt ſinn. i. e. *Omnes Chriſtiani homines, qui ſufficientem intelligentiam aetatemqve habent, jejuni & probe abſoluti, magna cum veneratione, & non unicâ ſaepius vice, iſtam ſanctificationem accipiant.* Agr. H. T. p. m. 8. Qvi nondum confirmatos, ob ipſorum in ſacris inſcitiam, comparat cum ethnicis, imparesqve judicat ſponſorum partibus, qvi neceſſe habeant ipſi ea prius diſcere, qvæ docere alios tenebantur, vid. cap. VII. §. 3. (b). Ubi allata hujus auctoris verba ſeqventibus excipiuntur. Má þat einginn hæiðin maðr gióra, þviat hann hefver æinga kriſteliga trú, oc æi hælldr ſá ſem æi er biſkupaðer, þvíat han má æi fullkomlegha kriſtin hæita. i. e. *Hoc* (ſponſionem pro baptizandis, & eorum inſtitutionem) *nec ethnicus praeſtare poteſt, cum Chriſtianam religionem prorſus ignoret, nec qui nondum confirmatus eſt, quia illum omni ex parte Chriſtianum cenſere non oportet.* Hodie Pontificios nullum in confirmandis inſtitutionis habere reſpectum, docet Fleiſcher lib. I. cap. 7. §. 7. qvocum confr. Jo. R. Engav Elem. J. can. lib. 1. §. 325.

(*c*) Excommunicatis, ut ad baptiſmum, ita ad confirmationem filios ſuos tradere licuit, ceu monſtrant Reſcripta Papalia, ubi epiſcopus Færöenſis,

qvæſtione inſtituta, an civitatis bannitæ pueri confirmentur? fert hoc ab Innocentio III. reſponſum. *Præterea qvæſiviſti, cum civitas ſit interdicto ſuppoſita, & ideo ſint ibidem, praeter baptiſma parvulorum, & poenitencias moriencium, univerſa ſacramenta eccleſiaſtica* (adeoqve confirmatio) *interdicta, an liceat tibi baptizatos pueros in frontibus conſignare? ſolvitur hoc reſponſo, qvod ſicut baptizari poſſunt pueri, ſic & baptizati ad confirmationem in frontibus à te poſſunt ſacro chriſmate deliniri.*

§. 12.

Duplex confirmationis erat uſus, prior internus & ſpiritualis, in donorum ſpiritualium perceptione conſtitit, (*a*) poſterior vero, qvem contra externum dicere liceat, fuit ſacra ſynaxi utendi licentia, (*b*) qvæ puta ſolis confirmatis permitti potuit.

Luti, hluti, sors, (XIII. 5. b) etiam **lutr, hlutr**, sors, it. res aliqvid (I, 3. b) à **lyt** & **hlyt** obtineo, nanciscor, q. v. Ulf. *hlaut*, AS. *hlot*, Al. *lot*, D. *lod*, sors.

Lydr, populus subditus, suoqve principi parens, AS. *leode*, Al. *liud*, Ger. *leute*, populus; à **lyda, hlyda**, obedire: vid. **liód-biskup.** Alii à λαὸς, λεὼς, populus.

Lyk, lauk, claudo, it. absolvo, inf. **luka** & **liuka**, Ulf. *galaukan*, AS. *lucan*, claudere, Gr. κλαίγω claudo, teste Ihre. Vid. **loka**, claudo, qvod communis originis est.

Lykt, f. conclusio, finis. (V. 5. b).

Lyt, laut, incurvo me, cernuo, [VI, 2. a.] AS. *hlutan*, D. *lude*, incurvescere, particip. **lotinn** incurvus.

Læ, léda, concedo, do, inf. **liá**, Ulf. *leihvan*, AS. *lihan*, Al. *lehen*, cæt. qvin conv. לָוָה mutuo accepit, הִלְוָה mutuavit, notante Ihre. Hine **leigia**, Sv. *lega*, D. *leje*, Gall. *loüer*, conducere, Lat. *locare*, nisi hæc spectent ad **léga**, q. v.

Lækr, rivus, [X, 1. b]. proprie stillatio, St. à **lek**, lak, stillo, vel **laga** mano fluo: alii à Ger. *lache*, Gr. λάκκος, fossa lacuna.

Lærdr, doctus, **lærdir menn** clerici, **læra** docere, & discere, ut apud veteres, ita hodie Danos, utroqve sensu reperitur, AS. *læran*,

læran, Ulf. *laiſan*, docere, (r & ſ. permutatis) ut volunt, i. q. *liſan* legere, prælegere.

læring, inſtitutio, [XIII, 8. a].

læt, let, pono: **láta uppi** diſſere, [X, 5. a] **láta at**, flecti, commoveri, [XI, 14. a] **látaz** mori, [XI, 9. a] Ulf. *letan*, AS. *lætan*, Al. *lazzen* ponere, cæt.

M.

má, matta, (ol. **mag**, magta,) poſſum, valeo, [XI, 2. d]. inf. **mega**, Ulf. AS. Al. *magan*, Ger. *mögen*, poſſe.

mágr, affinis, ſocer, (II, 14. a) AS. *maga* propinqvus, cognatus qviſqve, nobis **mögr** filius, it. cognatus: **gaf ſinum megi**, dedit cognato ſuo, **Hk.** VII, 182. Wacht. ab Al. *machon*, *kamachon*, ſociare, jungere.

makligr, par, conveniens, dignus, [VIII, 6. a] à **maki**, ſocius, par, æqvalis, AS. *macca*, *mæcca*, idem; unde AS. *maccalic*, Ger. *gemächlich*, congruus, oportunus, ab eadem rad.

mál, pars, primo & generali ſenſu, Gr. μέλον pars, membrum; hinc 1) **mál** menſura, D. & Sv. *maal*, idem, AS. *mel*, pars, portio, Ulf. *mela* modius. 2) **mál**, **mel**, terminus, **á þvi meli** eo ſpatio vel interſtitio, **Sv.** ſ. 11. 3) **mál** & **mel**, (**Gg.**) tempus definitum, AS. *mel*, pars, pars temporis, Ulf. *mel* tempus; ſpecialiter **mál** cibi ſummendi tempus, Germ. *mahl* prandium.

mál, ſermo, it. res, negotium, cauſa, q. d. vocum dimenſio, ſicut **tal** ſermo, q. dinumeratio; malim tamen referre ad Heb. מִלָּה ſermo, Chald. מִלָּא ſermo, vox, it. res, aliqvid, negotium, notabili conſenſu.

máli, m. ſponſio, pactum, (**á mál** ſermo) **þeir gera þann mála með ſer**, eam conventionem inter ſe fecerunt, **Vol.** ſ. hinc 2) **máli** ſtipendium, qvod ſibi paciſcitur miles, [V, 6. c] AS. *mala* pactum, *male* tributum: 3) **máli** pactum nuptiale, Ger. *gemal* ſponſa, qvæ & *pacta* Latine dicitur.

mál=ſtaðr, locus dicendi, cathedra, (VI, 2. a).

man, munða, cogito, recordor, deſidero, it. deſtino, volo, cum eſt auxiliare futuri, H. k. III. 25. **Eigi er kynlikt þu munir ſvá fríþa kono**, i. e. mirum non eſt, qvod conjugem adeo pulcram deſideres: inf. **muna**, Ulf. *gamunan*, AS. *gemunan* recordare: convenit **meina**, cogitare.

margr, multus, g inſerto, à **mærr** magnus, inſignis, AS. *mære*, Sv. *mær*, magnus, clarus: hinc nobis **merð** multitudo, AS. *merth* magnitudo.

mark, nota, ſignum, vox in antiqviſſimis etiam dialectis obvia.

matr, cibus, [III, 6. a] Ulf. *mats*, AS. *mete*, Al. *muas*, cibus, cæt. Ulf. *matjan* comedere, Gr. μασάομαι idem, μάςαξ eſca, cibus.

máttr, valor, vis, [VI, 13. c] Ulf. *mahts*, AS. *meaht*, Ger. *macht*, cæt. à **mag** poſſum, valeo, q. v.

máttugr, potens, D. *mægtig*, idem.

með, **meðr**, cum, apud, Ulf. *mith*, AS. *mid*, Ger. *mit*, Gr. μετὰ cum; qvæ affinia ſunt τῷ **við**, **viðr**, cum; veteres enim ſæpe dicunt **við** pro **með**, & **með** pro **við**, eodem ſenſu & conſtructione, mutatis ejusdem organi literis: **for með hónum**, **for við honum**, ivit cum illo: **tók við**, **tók með**, accepit.

meðan, dum, D. *imens*, *imedens*, idem.

megin=lauſs, infirmus, [II, 1. b.] **megin** & **megn** poteſtas, vis, à **mega** poſſe, unde & adj. **meginn** & **megn**, potens, valens: convenit μέγας, Lat. *magnus*.

meiða, vulnerare, lædere, (XI. 9. b) Ger. *metzen*, *meitzen*, ſecare, Lat. *metere*, eopte ſenſu. **meiðſli** læſio. (XIII. 6. b).

meiðr, **meið**, f. lignum, it. baculus, Eb. ſ. 17. **voð meið**, jugum textoris, AS. *mæd* meſpilus: **mitrs meiðr**, poët. epiſcopus, [VIII. 1. a].

meina=lauſs, innocens, nobis & Ger. *mein*, D. *meen*, Sver. *men*, malum, noxa, damnum, AS. *mæn*, Fr. *meino*, malus, vitioſus; **mein=leyſi** innocentia. Videſis Ihre.

mettr,

mettr, cibatus, fatur, [VIII. 12. c] Sv. *mätt* idem: à mata, cibare.

merki, vexillum, AS. *mærc*, idem: à mark. fignum.

mey, meya, virgo, [VII. 4. b] Ulf. *mavi*, D. & Sv. *mö*, puella, g liqvefcente, à mögr, Ulf. *magus* puer, & *magat*, puella. In cafu recto, pro meya, (qvod tamen habet Stiórn.) fere dicitur mær. q. v.

mildr, non durus, it. mitis, clemens, AS. *milde*, Al. *milt*, Ger. D. Sv. *mild*, idem, Lat. *mollis*, Gr. *μαλὸς* mitis.

milli, millum, inter; pro midli, à midr, medius.

minna, monere, in memoriam revocare, recipr. minnaz, recordari, [VII. 8. a] AS. *manian* monere, Ger. *minnen*, recordari. à feqv.

minni, memoria, (XIII. 7. b) 2) poculum, qvo alterius memoria recolitur (VIII. 12. c) AS. *mund*, Dan. *minde* memoria, Gr. *μένος* mens, AS. *gemynde*, A. *mind*, animus; cognatum eft man recordor. q. v. minning, recordatio.

miólk, lac, (IV. 3. a) AS. *meolc*, Al. *miluh*, D. *melk*, Ger. *milch*, cæt. mióka *mulgeo*, *ἀμέλγω*.

misgera, delinqvere, (IX. 1. c) misgerd delictum, culpa. [XIII. 9. b] fic AS. *mis don* delinqvere, *mis-dæd* peccatum, D. *misdæder* peccator.

misgrúna, fufpicari, vid. gruna.

miskunn, f. mifericordia, Sv. D. *miskund*, idem; nobis miskunna mifereri, vi vocis non reprehendere, *ignofcere:* à mis privativo & kunna, kenna nofcere, it. reprehendere, accufare; fic varkenna, non culpare, connivere, var-kunn, f conniventia, excufatio, var-kunnr ad ignofcendum facilis; à var, privativo: linkynnr leniter accufans, mitis, lin-kynd lenis reprehenfio, clementia.

misverki, actio prava, peccatum, [XI. 2. c]. vid. verk.

modr, m. anhelitus, it. mens, animus, animofitas; inde adj. módr anhelans, fpirans, convenit mós, n. gravis anhelitus: hinc AS. *mod*, Al. *muat*, Germ. *muth*, animus, ubi à fenfu phyfico nafci videtur metaphyficus.

moð-rackr, animo alacris, **rackr**, D. *rank* erectus, alacris, Germ. *recken* extendere, vid. **rek**, extendo, explico; sic **hug-rackr** animosus, **hug-recki**, f. animositas.

mold, terra comminuta, Ulf. *mulda*, AS. *mold*, D. *muld*, pulvis terrestris, conv. **mel** triticum, **melr** & **möl**, arena, **mel**, **mol** contero, *molo*. alia formâ **myl**, **mulda**, idem.

morð, cædes furtiva, & ipsa occultatio cædis, Ulf. *maurth* cædes, AS. *morth* letum, Lat. b. *mordrum* cædes: omnia à Lat. *mors* vel *morior*.

morð-vargr, latro, cædibus grassans, [XI. 6. b]. vid. **vargr**.

morgun & **morn**, diluculum, AS. *morgen* & *marne*, idem, forte conv. Lat. *mane*, r. inserto, vel eliso.

mót, **móti**, contra, D. *mod*, Sv. *mot*, Gr. *μετὰ*, adversus: **mót** cognatum particulis **með** & **við**, qvæ ut invicem, ita cum illo sæpe alternant: dicimus **taka mót**, **taka með** (qvod habet St.) accipere, alias **meðtaka**, D. *modtage:* Sic, ec **giöri vel við þic**, benefacio tibi, pro qvo St. **giöri vel með þic**, D. *giör vel imod dig;* nec obstat, qvod **með** & **mot** interdum contrario sensu distingvantur. Hinc **mót** concursus, conventus.

mót, ratio, norma, alias **mát** & **máti**, justa mensura, modus, AS. *mete*, D. *maade*, Ger. *maasz*, Lat. *modus*, Gr. *μέτρον* eodem sensu; nobis **meta**, AS. *metan*, metiri.

mörk, f. nota qvantitatis, (à **mark**, signum). 1) Nota ponderis (**mörk vegin**), octo unciæ, [II, 1. b] & si pondus argenti intelligatur, olim octo, hodie duodecim, imperiales: 2) Nota pretii, (**mörk talin**) valor sextuplo minor, hodie duo imperiales, talis intelligitur, [I. 4. a]. 3) Nota fluidi, (**mörk mæld**) hemina.

munnr, os, etiam **muðr**, AS. *muth*, Ulf. *munths*, Al. *mund*, os, Camb. *mant* mandibulum, certe à **muða**, comminuere, masticare, Lat. *mandere*, Ihre hoc ab illo.

munr, **muni**, recordatio, desiderium, it. lucrum, res alicujus momenti, (III. 8. a) **ey-muni**, æterna recordatio; **land-munr**, memoria sive desiderium patriæ; ꝸK. VII. 207. **fara hëgum sinum oc munum**, commodis suis & lucris servire; **mer er i mun** è re

mea

mea eſt, à muna recordari, it. deſiderare, vid. man. conv. Sv. *mon* animus, deſiderium, it. res magni momenti, Gr. *μένος* animus, affectus, vis.

mu̇ſteri, (XIII. 8. a) alias munſteri, AS. *munſter* eccleſia, templum, it. *monaſterium*, unde vox orta, Wacht. Ihre.

mygir, propulſor, (V. 7. b) mygia trudere, pellere, it. in acervos conjicere, à múgr vis, copia, acervus, conv. moka trudere, dimovere, míga mejere, *mingere;* hinc mykia, D. *mög*, rejectamentum, fimus; ut Lat. *mucus*, à *mungo*.

mynd, imago, memoriam ſignati ſervans, (III. 2. a) Sv. *mynd* idem, vi vocis monumentum, *μνῆμα*, ab AS. *mund* memoria, vel noſtro man, munda, memini: conv. mynt moneta, & forte mundr dos, Gr. *μνηςρον* idem.

mæda, labor, moleſtia, Sv. *möda*, Ger. *müde*, idem: à módr, anhelans, ſpirans, it. feſſus; conv. Gr. *μόϑος* labor.

mæla, loqvi, vet. Dan. *möle*, hodie *mæle*, idem, à mál, ſermo, vel immediate ab Heb. Chald. מַלֵּל loqvi: 2) mæla menſurare, à mál menſura, q. v.

mær, virgo, (VI, 6. a) ab AS. *mearu* tener, mitis, de tenera ætate, teſte Somnero; vel à noſtro mærr inſignis, eximius, etiam de virgine Sv. ſ. cap. 34. conv. Gr. *μεῖραξ* puella.

mæta, occurrere, Ulfilæ *motjan*, AS. *metan*, Dan. *möde*, Sv. *mota* idem, à mót contra, q. v

N.

nád, f. gratia, it. commodum, qvies, Svet. *naad* gratia, it. qvies, Fr. *natha*, D. *naade*, Ger. *gnade* gratia: proprie nád, impetratio, à nái, nada, impetro, obtineo.

nádugr, gratioſus, (XIV, 16. b) it. commodus, qvietus Sv. *naadig*, utroqve ſenſu.

nagl, nógl, ungvis, AS. *nægl*, D. & Sv. *nagel*, *κατ' ἔτυμον*, eminulum vel exſertum qvid: conv. nagli, AS. *nægl*, Sv. *nagel*, clavus,

clavus, ligno infertus, D. *nögel*, clavis feram penetrans: à ná tangere, ná út exferi, prominere, ná inn inferi, ad interiora penetrare.

nai & nœ, nada, attingo, protendor ad, it confeqvor; er hann nœr cum obtinet, vel poteft, (IX, 2. a) Ger. *nahen* admoveri, D. *naa* pertingere, obtinere; à ná prope.

nainn, propinqvus, fuperl. nánaztr, (V, 5. c) AS. *neah*, Al. *naho*, Ger. *nahe* vicinus, nobis náungr, fubftant. proximus, ὁ πλησίον.

náliga, prope, fere; ná prope, in compofitis, AS. *neh*, Al. *nah*, Ger. *nahe* & *nach*, prope, apud.

nálægr, vicinus, adjacens, (VI, 6. a).

nánd, vicinia, [XI. 9. b] à nainn vicinus.

naud, preffura, anguftia, neceffitas, Ulf. *naud*, AS. *nyd*, A. *neod*, Ger. *not*, cæt. à nyd, naud, infto, urgeo, premo, fcribitur & gnaud, gnyd, inftantia; conv. núa, fricare, gnya vi premere, allidere, knya adigere.

nœd-fyn, & naud-fun, neceffitas, q. d. excufatio neceffitatis, fontica caufa; fyn, fun, expiatio, excufatio, Ä. R. G. ubi bióda fyn fyrir, velle fe expiare, vel jure jurando purgare, fetia fyn fyri, juramentum purgatorium dare, (Gac. f. G.) it. fimpliciter, negare: à vet. fóna expiare, placare. vide fynia.

nef, nafus, D. *næb*, AS. *nebbe*, nafus, roftrum; conv. nöf, f. prominentia, Norv. *nabbe* paxillus de pariete exfertus, Sv. *nabbe* promontorium, omnia à ná, exferere fe, protendi.

neinn, nein, nullus, -lla, neitt nihil, AS. *non* & *nan*, A. *none*, nemo, *not* nihil; à ne non, *einn*, AS. *on*, *an*, *unus*, ut Lat. *nullus* pro *ne-ullus*: dicimus, eigi neinn prorfus nemo, ubi duo negativa fortiter negant, more Græco.

neita, negare, à ne vel nei non, ut játa affirmare, à já ita; mitto cognata.

nem, nam, capio, it. difco, nam víd, excepit, i. e. reftitit. (II, 1. b). Ulfilæ AS. Al. *niman*, Ger. *nehmen*, capere; nova forma à fimplici ná confeqvi.

nema,

nema, nisi, exceptò, Ulf. *niba*, Al. *noba*, AS. *nemne*, nisi, Ger. *ausgenommen* idem.

nenna, aggredi, applicare animum ad aliqvid, (VI, 4. a) D. *nenne*, Svet. *nænna*, idem: 2) translatè, Sv. *nænna* audere, Al. *nennan*, *nendan*, accedere, it. audere; hinc nobis **nenninn**, aggrediens, it. assiduus, studiosus, H. K. VII. 92. **inn settac nef nenninn**, appropinqvans nasum intuli (per fores, domum interiorem lustraturus) omnia à **ná** prope, vel **nainn** propinqvus.

nes, promontorium, AS. *nese*, D. & Sv. *næs* idem, dicimus & **nasi**, **snasi**, **snös**, excursus montis vel terræ, à **ná**, exseri, protendere se.

neyddr, coactus, AS. *nedde*, **neyda** cogere, à **nauð**. q. v.

níðingr, violator, neqvam, AS. *nithing* idem, nobis **nida** destruere, pessundare, it. contumelia afficere; à **níðr** deorsum, pessum; hinc **níð** contumelia, AS. *nith* neqvitia, malitia, Ger. *neid* invidia. Alii ab ὄνειδος.

niðr, filius, it. cognatus qvisqve, [V. 5. c] pl. **niðir** cognati, sive majores, sive minores; Sv. s. 164. **Olikr er þú, orum niðium, þeim er frammráðir fyrri voro**, i. e. dissimilis es nostris majoribus, qvi ad ardua proni olim fuere: Ulf. *nithia* cognatus, Svet. *nidje* idem, & *nid* cognatio; fortè à **ná** prope, unde **náin** propinqvus, **natinn** adhærens, familiaris; sed propius accedit Gr. γνωτὸς notus, it. consangvineus, propinqvus, frater; vel **niðr** filius, à Lat. *natus*, & Sv. **nið**, i. q. *natio*.

nockr, aliqvis, D. *nogen*, Sv. *naagen*: verbo tenus, qvi adest, præsens, à **ná**, Ger. *nahe* & *nach* prope; sic **þersi** is, à **þar** ibi, & Lat. *hic* ab adv. *heic*, non v. v.

nógr, **nægr**, sufficiens, D. *nok* idem, Ulf. *genoh*, AS. *genog*, Ger. *genüg* satis, proprie **nógr**, pertingens, à **ná** pertingere, attingere; sic Ger. *hinlänglich*, D. *tilstrekkelig*, eopte sensu.

norræna, lingva Norvegica vel septentrionalis, ab adj. **nor-rænn** borealis, q. d. qvi regitur à boreâ; Sic **austrænn** orientalis, pendens ab ortu: **rænn** hic terminatio, à **ráð** ratio, consilium, unde **ræna** ratio, **ein-rænn**, suum unius consilium seqvens.

nðs, nasus, Ger. *nase*, AS. næse, Al. *nasa*, D. *næse*, cæt. minimè à *nasus*, sed hoc ab illo; nðs proprie prominulum qvid, & præfixo sibilo snðs, prominentia. vid. nef & nes.

nú, jam, Ulf. AS. D. Sv. *nu*, Al. *nuh*, Ger. *noch*, nunc; omnia i. q. ná prope. Sic Ulf. *ju*, *juso*, nunc, à nostro hiá, D. *hos* prope.

nypa, rupes eminens, alias núpr, gnúpr, idem, à ná; conv. gnæpr arduus, erectus, Ol. s. T. p. 26. gnæfr eminens, celsus. O. m. 89.

nyt, naut, obtineo, fruor, inf. nióta, Ulf. *niutan*, AS. *notian*, Ger. *niessen*, D. *nyde*, frui; propriè, nyt asseqvor, sive adeo rem, à ná propè, vel næ pertingo, asseqvor.

nyt-laus, inutilis; nyt, not, naut, f. utilitas, fructus, it. *nux*, qvâ frui & vesci licet, à nióta frui.

nægi, nægda, satisfacio, reciproce nægist sufficit, (XI, 6. c) à nógr, nægr sufficiens. q. v.

nær, prope, [IX. 6. b] nærr propius, [XI, 6. c] næst proximè, AS. *ner*, *nyr*, D. Sv. *nær*, prope; 2) nær, Sv. *nær*, D. *naar*, qvando; sic Lat. *cum* apud, it. qvando.

nærri, propior, næstr proximus, AS. *neahr*, *neahst* idem, à vet. posit. nár, na, natt, propinqvus, Camb. *nes* idem; Þat var bannat med ásum, at byggia sva nátt at frændsemi, i. e. Apud Asos (divos) non licuit, adeo propinqvo sangvinis nexu cohabitare. H. k. I. 4.

nær-gætr, qvi conjectura asseqvitur, (X, 7. a). à geta divinare, unde qvoqve gáta conjectura, it. ænigma.

O.

óbóta-madr, maleficus, [XI, 6. b] pro cujus justa cæde nulla multa vel pœna solvi debet. Eg. s. Sk. 62. hodie óbóta madr mortis reus, qvi commissum flagitium pecuniâ qvamlibet magna expiare neqvit.

ó-dád, nefas, fcelus, [XI. 6. c]. AS. *undada*, [Al. *undato* idem, nobis qvoqve odæda, fordæda, nefas, dád, Dan.] *daad*, opera, efficacia, AS. *dæd*, Ger. *that*, factum, ab AS. *don* agere.

ó-diarfr, inaudax, vid. díarfr.

ofneyzla, luxuria, of nimis, neyta frui, vefci. vid. nyt.

óga, terrere, þu ógar ofs terres nos O. M. recipr. ógaz & óaz, timere, (XIII, 3. c). dicimus & ægi terreo, ægr, eygr, ygr, terribilis. G. k. L 30. VIII. 96. Ulf. *ogjan* terrere.

ógrligr, horrendus, [XI. 3 a] ab óga: convenit agi timor, metus, fenfu olim recepto, AS. *oga* & *ege* idem, hodie agi difciplina, D. *ave* idem.

ó-hægindi, incommodum, hægindi commodum, it. pulvinar. Vet. Sv. *hoghinde* idem, ab hægr commodus. q. v.

ok, og, et, etiam, AS. *eac*, *æc*, Ulf. *auk*, Ger. *auch*, Lat. *ac*; ok factum videtur ab auk additio, augmentum; dicimus at auki, etiam, infuper, auk þefs præterea.

ok, n. jugum, AS. *joc*, Ger. *joch*, cæt. q. d. copula; ab auka, oka, copulare, Ger. *jochen*, Lat. *jungere*. 2) ok dorfum montis, qvod crevit in longitudinem, etiam Lat. *jugum*, ab auka augere, unde qvoqve Lat. *jugis*.

okr, fœnus, (XI, 6. b) AS. *vocer*, Ger. *wacher* idem, Al. *uuachar* omne lucrum, fructus, fœnus: convenit oki, auki, augmentum, AS. *eaca* augmentum, ufura. Ihre.

ó-lærdr, indoctus, laicus; contra clerici lærdir menn falutari volebant, licet meritis raro fuffragantibus.

ó-magi, pupillus, [XIII. 8. c] AS. *un-maga* impotens, à mega poffe; hann má fer eigi, fui potens non eft. Gr. f. cap. 5.

ó-maka, incommodare, ómak, Dan. *umage* incommodum, mak oportunitas, Ger. *gemach* commoditas, tempus vel locus aptus & commodus. vid. makligr.

ó-nytr, inutilis, nytr, neytr, nutr utilis.

opt, fæpe, Ulfilæ *ufta*, AS. & Ger. *oft*, Al. *ofto*, D. *ofte*, cæt. à partic. of, fuper, multum.

ord, verbum, Ulf. *vaurd*, AS. *vord*, cæt. primo & genuino sensu, res, aliqvid, à verda fieri, vordinn, ordinn, factus; hic sensus in multis compositis hodieqve viget: bana ord nex, leg-ord concubitus, met-ord honor, &c.

ord-tæki, ord-tak, locutio crebro assumta, (VI. 10. b) Norv. *ordtoike* idem.

orrusta, pugna, ab or, pl. orar impetus, turbæ, it. dementia, usta pro vista, vocum terminatio: inde ora contendere, H. m. Alda rógr þat man æ vera, orir gestr vid gest, i. e. Magnæ calumniæ causa semper erit, si hospes cum hospite litigat; conv. Camb. *aer* & *aerawd* pugna, AS. *eorre* ira, *eornesse* duellum, Gr. ἔρις contentio, lis.

o-synn, incertus, dubius. vid. synn.

o-sóngvinn, à cantu sacro alienus, (XIII. 6. d).

o-trú, perfidia, it. falsa religio, superstitio. [II. 14. a].

otti, timor, forte ab et, atta, impello, incito, nam *pedibus timor addidit alas*; vel potius ótti, pro ogti, ab óga terrere.

owor-maghe, Sv. *impuber*, qv. *oformogen*, Locc.

ǒdlazt, conseqvi, [XIII, 8. a.] q. d. ad proprietatem vel possessionem venire, ab ǒdli, edli, qvod cuiqve proprium, ingenium, genus, patria, conv. adall natura, genus, odal patrimonium, patria; vid. avdr possessio.

ǒfund, afund, invidia, D. *avind*, Sv. *afund*, Al. *abanst*, Ger. *abgunst* invidia, inimicitia, à præpos. af ab, & unna favere, Ger. *gönnen* idem, Sv. unâ voce *afunna* invidere. Ihre.

ǒld, ætas, vita, qv. d. alitura, Hk. XII. 38. it. tempus, ævum. 2) ǒld famulitium, qvod alit herus, ED. it. populus, cætus, utrumqve ab ala, alere. vide aldr.

ǒlmusa, eleemosyna, [XIII, 8. d]. transl. mendicus, vilis homuncio, Ol. s. T. p. 186. & alibi.

ǒmbun, f. remuneratio, [VIII, 9. b] forte corruptum à Gr. ἀμοιβὴ retributio: nisi spectet ad inna referre, remunerari, Ulf. *anne* merces, stipendium, apud Ihre.

önd, f. anima, vid andi; 2) önd porticus, Lv. s. cap. 18. pl. andir, idem; Eg. s. Sk. ab and ante, contra, q. antica domus pars.

ör, f. sagitta, alias orf instrumentum rusticum, it. poët. sagitta, Hallf. s. Sic AS. *arve*, vet. Sv. *arf, orf*, telum, it. instrumentum, qvin conv. Lat. *arma*. 2) ör, n. D. *ar*, Sv. *ærr*, cicatrix; forte ab ör, sagitta, q. d. vestigium teli; ut Gr. βέλος telum, & ictus teli.

ör-kuml, cicatrix, vel tumor cutis ex cicatrice, (III. 6. a) kumbl, kuml, acervus, tuber, Lat. *cumulus*; kymla cumulare, Sv. s. cap. 8. AS. *cumbl*, ulcus (tumens).

ör-fyrndr, vetustate detritus, fyrna diu servare, it. longo usu terere; à forn vetus, ör, or, particula nunc intensiva, tunc privativa.

örr, citus, percitus, 2) insanus, inconsultus, 3) pronus ad aliqvid, largus: örum mönnum, inconsultis hominibus, i. e. junioribus, [XIII. 6. c] ex Landn. b. impr. cui codd. m. ss. consentiunt; hinc œrska inconsulta ætas, juventus. vid. œska.

örskots-helgi, asylia loci, jactu sagittæ determinati, (XI. 6. c) Vid. Landn. b. V. 4. hujus latitudo in 240 passus extendebatur, Vigsl. 59.

P.

piltr, puer, [IX, 6. a] Vet. Dan. & Sver. *pilt* idem, haud dubie, cognatum, Lat. *puellus*, vel *pullus*; sed Gr. πελάτης cliens, famulus, vix conferri meretur.

pína, cruciatus, it. pœna, (Agr. S. t.) alibi, Ger. *pein*, D. *pine*, dolor, AS. *pin* pœna, ποινὴ, *pinan*, punire.

píningar vattr, martyr, píning tormentum, (XIII, 8. a).

pisl, dolor, [II, 4. b] D. *pinsel*, idem.

pleje, D. assuescere, (XII, 4. a) nobis plaga solere, it. curare, St. Germ. *pflegen* idem, Wacht. contrahit à Gr. φυλακεῖν, & *pflege* cura, à φυλακὴ.

præstr,

preſtr, ſacerdos, AS. *præſt*, Ger. *prieſter*, Gall. *prêtre*, cæt. à Lat. *præſtes*, i. e. antiſtes, cuſtos; vel potius à *preſbyter*. Waeht.

pris, pretium, it. gloria, decus, (VIII, 3. b) Ger. *preis*, Gall. *prix*, valor, Lat. originis.

prydi, elegantia, decus, (VIII, 3. b) it. audacia, ſummum olim decus, Sbb. ſ. à **prúdr** elegans, it. animoſus, audax, AS. *præt* ſcitus, elegans; qvin hinc forte eſt, AS. *prut*, *pryt*, A. *proud*, ſuperbus.

R.

rad, rectio, conſilium, AS. *rad*, *ræd*, Al. Ger. *rat*, cæt. qvidem à Lat. *ratio*, vid. **ræd**. **ráki** ſputum, vid. **hráki**.

rán, n. rapina, D. *ran*, Sv. *raan*, idem; contractè pro *ravn*, vel *rafn*, à Lat. *rapina*, vel AS. *reaſian* rapere. 2) poët. **rán**, f. Thetis, mare, naufraga bona diripiens.

rángr, obliqvus, curvus, it. pravus, (XI, 6. b) Ger. *wrang*, D. *vrang*, obliqvus; inde nobis **röng**, f. coſta navis, **rengia** torqvere, AS. *vringan*, D. *vrenge*, idem.

ravn, examen, experientia, tentatio, (VIII, 15. a) it. periculum, ánguſtia (I, 4. b). Certe conv. Gr. *ἔρευνα* examen, indagatio, qvæſtio per tormentum; nobis **reyna** experiri, it. tentare, conari, Gr. *ἐρευνάω* indago, qværo, it. conor.

ravſt, f. ſonus, aſcenſus vocis, D. Svet. *röſt* idem, ut volunt, ab Ulf. *razda* loqvela, vel Gr. *ῥῆτις* dictio, oratio: ſed potius **ravſt** i. q. **reiſt** elevatio, **uppreiſt orda** verborum enunciatio, N. E. ſſ. à reiſa tollere; unde qvoqve **ravs** garritus: cognatæ originis ſunt **rödd** & **rómr** ſonus, vocis intenſio.

reckia, ſtratum, lectus, [V, 7. d] ubi membra explicantur, à **rekia**, Ger. *recken*, extendere, vel **rackr**, Dan. *rank* exporrectus. Caſu conv. *ῥῆγος* culcitra, lodix, ſtragula.

reida,

reida, apparatus, (I, 7. a) utensile, [I, 5. b] convenit **reidi**, m. apparatus, armatura navis vel currus, **Eg.** s. 52. **reidi**, n. ephippium, **Kn.** s. 11. à seq.

reida, tollere, vehere, it. afferre, promere, parare, [XIV, 13. b] forma activa à **ríd**, reid, in altum feror. q. v. conv. AS. *geræ-dian*, Ger. *bereiten*, D. *reede*, parare.

reidr, iratus, AS. *vurat* & *vreth*, A. *wroth*, D. *vred*, idem. **reidr** vi vocis paratus, excitatus, sensu poëtis notô, sicut **brádr** citus, it. concitus, commotus. Alii à Latino *iratus*, vel ἐρέθω *irrito*.

reigin, numina, dii potentes, [V. 7. b]. à **reginn**, validus, robustus: conv. **rögn**, **regn**, vis, impetus, it. imber, (qvod non à **rekia** rigare,) pl. **rögn** dii, q. d. robora, vid. **rognir**.

reikna, numerare, computare, Ulf. *rahnan*, Ger. *rechnen*, D. *regne* idem; certè à **rek**, rakta, explico, it. recenseo, recito; unde **rök** supputationes, argumenta, rationes.

reinlifi, castimonia, [VII. 3. b] **reinn** purus; alias **skírlifi** castitas.

reisa, erigere, forma act. à **rís**, reis, surgo, q. v. hine **reisugr** eminens, magnificus, **reisn**, & **ravsn**, f. magnificentia.

rek, rak, inseqvor, perseqvor, [V, 7. b] dicimus, **reka eyrendi**, exseqvi negotium; **reka harma sinna** exseqvi, vel ulcisci injurias, sic Ulf. *vrikan*, AS. *vræcan*, perseqvi & ulcisci; hinc nobis **ræki**, f. ultio, **Gunn. s. Þidr. b.** Ulf. *vraka*, AS. *vrec*, Germ. *rache*, vindicta, ultio.

rek, rakta, diduco, explico, evolvo, [II, 8. a] it. recenseo, repeto; dicimus, **rekia ravnir sinar**, sua adversa reminisci, vel recensere, convenit Ulf. *rakjan*, Ger. *recken* extendere, Gr. ὀρέγω extendo, Heb. רָקַע expansit.

ren, n. cessatio, [VIII, 12. a] **rena** decrescere, cessare, à **re**, n. finis; dicimus, **renna i re**, ad finem vergere, cessare; conv. Svet. *raa* terminus, limes.

reppr & **hreppr**, territorium, Ger. *refier*, terræ tractus, A. *rape* territorium (in Suffexia); forte à vet. Sv. *räffr* dimensio terræ per funes, Locc. *repa* funibus terram mensurare, sic Heb. חֶבֶל funis, it. portio & tractus terræ, fune mensuratus.

rettr, rectus, justus, æqvus, evphon. pro **rektr** vel **raktr**, explicatus, extensus, AS. *ritht*, Al. *reht*, Lat. *rectus*, à **rek**, rakta, extendo; explico.

ríd, reid, in altum feror, attollor, it. eqvo vehor, AS. *ridan*, Al. *ritan*, Germ. *reiten*, eqvitare, Belg. *ryden*, A. *ride*, curru vel eqvo vehi, Ihre: à **rida** tolli, vehi, venit **reida** tollere, item vehere æqvo vel curru; indidem **reid** iter, curru vel æqvo factum, 2) vehiculum, Gr. ῥῆδη. 3) **reid** fulmen, **R. R. V.** nam cœlo tonante credebant qvod Thor, ille septentrionis Mars, sua *rhedâ* vectus, cum gigantibus bella gereret, & fulmina in illos mitteret.

ríd, reid, aspergo, lino, [IV, 8. a] q. d. inveho lituram, qvod verbum non differt à priori, nam plura neutra cum dativo activè significant: alias, non dissimili loqvendi usu, dicimus **bera á**, illinere, inducere ungventum.

ríd, **hríd**, tractus temporis, [V, 6. b] it. impetus qvisqve cito transiens, pugna, rixa, procella, labor, à **rida** vehi, **rida af** transire, prætervehi.

rif, reif, divello, Ger. *reiben* fricare, cæt. Affine est Lat. *rapio* & *rumpo*, olim *rupo*.

riki, potentia, it. regnum, AS. *rice*, Ger. *reich*, D. *rige*, regnum; cognatæ originis est **reigin**, **regn**, vis, robur.

rikia, regnare, Ulf. *reikinon*, AS. *recan* idem, qvin convenit Lat. *rego*.

rikr, potens, it. dives, Ulf. *reiks*, AS. *rice*, D. *rig*, Ger. *reich*.

rita, scribo, olim alia formâ **rit**, reit, idem, Al. *uuretan*, AS. *vritan* scribere; proprie **rita** incidere, sculpere, exarare, [VIII. 10. a] cum est i. q. **rista** scalpere, & Lat. *radere*, fere eodem sensu; inde **ritingr** culter, pugio. **H. k.** VII. 85.

ritning, scriptura, (XIV. 14. b). **heilög ritning**, scriptura sacra, A. *holy writ* idem: nobis etiam **rit** scriptum, **ritinn** scriptus.

róda, f. crux, crucifixum, AS. *rode* crux, palus, *rode-tacn*, signum crucis: sensu & sono convenit Lat. *rudis* & *radius*: habemus & **ródi** crux, [XIII, 14. a] **láta odins ætt fyri rópa**, mittunt

(conversi)

(converſi) familiam Othini, propter crucem, i. e. Othino miſſo, colunt Chriſtum crucifixum: ſed fateor hanc mihi verſionem ſuſpectam nunc eſſe, phraſin láta fyri répa, pro deſerere, habet qvoqve Mar. ſ. membr. ubi nulla crucis notio; Trúdi hann þvi faſtliga, Gud mundi hann eigi fyri répa láta, firmiter ille credidit, qvod ſe Deus non deſerere vellet: rodi rubor, vel hrodi qviſqviliæ, rejectamentum, huc vix ſpectant; rédi qvies, apud Ihre ex Peringſkiöldo, mendoſa lectio eſt.

rognir, Othinus, (VIII, 1. a) propriè vir ſtrenuus & fortis, à rogna viribus valere, vires intendere, cui cognatum Ger. *regen*, *erregen*, movere, ciere, & ipſum Lat. *regere*.

roſkinn, viribus vel ætate maturus, [II, 6. c] particip. verbi rǒſkvaz, viribus creſcere, adoleſcere, à rǒſkr ſtrenuus, alacer, Germ. *raſch* celer, expeditus, alacer. vid. Wacht.

rǒri, **reyri**, contumulo, [XI. 8. b] ſic Sk. XIV. 12. reyrdu líkit i hreyſi, contumularunt cadaver in humili loco, Sak. ſ. G. váro þar reyrdir, ſem þeir fellu, contumulati ſunt, ubi occubuere: à hreyr, hrǒr, tumulus, rudus, (gen. hreyr, dat. hrey.) Vet. Sv. *rör* rudus.

rúm, locus, ſpatium, (II, 14. a) Al. AS. D. *rum*, Ger. *raum* idem, cæt. conferunt Gr. ῥύμη platea, vicus.

ryd, ravd, aſpergo, lino, qvibusdam proprie rubefacio, à ravdr ruber; malim cognatum eſſe Jω rida, allinere, q. v. Aliud ryd, rudda, ſterno, dejicio, licet formæ interdum confundantur.

ryf, ravf, rumpo, inf. riúfa, part. rofinn ruptus, convenit rif, reif, rapio.

rœd, red, rego, impero, 2) conſulo, 3) doceo, explico, AS. *rædan* conſulere, regere, legere, (qv. literas conjicere,) à rád conſilium: multum tamen convenit Chald. & Syr. רְדָא rexit, dominatus eſt, it. docuit.

rœda, ſermo, Ulf. *razda*, Ger. *rede* idem, à ſeqv.

rœda, loqvi, Ulf. *rodjan*, Al. *redon*, Ger. *reden*, lòqvi, Gr. ῥέω dico.

rægi, rægda, defero, (XIII, 8. d) Ulf. *vrohjan*, AS. *vregan*, Ger. *rügen*, accusare; nobis **rógr**, m. **rog**, n. delatio, Ger. *rug* idem; Sp. haud dubiè conv. **róp**, clamor, it. delatio, calumnia, **rópa** clamare, it. calumniari.

ræki, rækta, colo, curo, proprie recordor, **hann rækir þat**, in memoria retinet, inde **rækinn** memor (officii vel offensæ), à **rek**, rakta, explico, evolvo, it. mente revolvo & repeto, convenit AS. *recce*, Al. *rouche*, cura, nobis **rækt** idem.

rækiliga, curatè, (XIII, 3. c).

S.

sá, ille, **sú** illa; **sás**, pro **sá es**, ille est, (XIII, 14. a) Ulf. *sa*, AS. *se*, ille; Ulf. *so*, AS. *seo*, Ger. *sie*, illa. Mire convenit Heb. זה ille, זו illa.

saga, historia, relatio, AS. *saga*, dictum, fabula, à **segi**, dico.

sála, anima, vita, Ulf. *saiwala*, AS. *sawal*, Al. *sela*, idem. **sála**, i. q. **sæla** incolumitas, Lat. *salus*, qvod & vitam sæpe notat; inde **salu-búd** & **salu-hús**, domus salutis, nosocomium: **Th.** s. alias **sælu-hús** & **sálu-hús**, (**St.**) casa in desertis, ubi pernoctant viatores; **sálu scip** ponto, viatoribus saluti, **Gg.** hinc illustratur locus in lege Ost-Gothica: *an man giær bro firi sial sinne*, i. e. si qvis (viator) pontem struit sibi saluti, i. e. ut salvus & tutus invia loca transeat. **sála**, ab Ulf. & AS. *sel* bonus, nobis **sæll** bonus, beatus; hinc & **salugr** felix, bonus, passim in **Th.** s. it. beatus, beatè mortuus, D. *salig* idem, **sález** beari, Lat. *salvari*.

salu bót, expiatio animæ, (X. 7. a) i. e. bonum opus, finis boni operis.

sam neyti, convictus, commercium. (V, 7. b) **sam-nautn** idem, **sam-neyta** convesci.

samr, idem, similis, multis ll. commune, respondet Gr. ὅμος similis, aspiratione mutatâ in sibilum.

sam-teingdr, conjunctus. (XIV, 1. b).

ſam-viſta, commoratio, [VII. 4. c] it. cohabitatio matrimonialis, AS. *ſamviſte* idem: viſt, f. manſio, à vera, olim veſa eſſe.

ſandr, arena ſabulum, multis ll. familiare, ſic dictum qvod ventis facile differitur, à ſá ſerere, diſpergere, vel à ſád ſeges, ſpargo: convenit ſindr effluvium vel ſpuma ignili ferri. Alii à ψάμμος arena.

ſanna, confirmare, probare, [II, 11. a] AS. *ſethian* idem.

ſannr, firmus, certus, verus, olim ſaðr idem, unde ſatt verum; AS. *ſoth*, D. *ſand*, verus: hinc ſannr & ſaðr, (Hk. VII, 92.) veritas, æqvitas, juſtitia, Ulf. *ſunja*, veritas, ſanctitas; convenire videtur Lat. *ſanus*, ſenſu vix diverſo, unde *ſanè* verè.

ſár, m. ſinum, vas magnum & capax, (VI. 15. a) i. q. Lat. *ſeria* dolium, Heb. סיר olla, lebes; qvin forte huc ſpectat, Ger. *geſchirr* vas.

ſaurga, inqvinare, (XI, 2. c) à ſaur *ſordes:* affine eſt ſorp qviſqviliæ ſordes, ſori ſordes, fex, *ſcoria*, Gr. σκῶρ ſtercus, ſordes, σκωρία ſcoria. Hinc ſaur-líſi, ſaur-lifnaðr impura, vita, fornicatio, D. *ſkiörlevnet* idem.

ſef, ſvaf, qvieſco, dormio, inf. ſofa, inde ſæfa & ſefa ſedare, compeſcere, ſvæfa, AS. *ſveſian* dare qvieti, Lat. *ſopire*. Vid. ſvevn ſomnus.

ſeiðr, ſeið, genus veneficii, (XI, 10. a) qvidam vertunt pyromantia, ducentes, neſcio qvâ auctoritate, à ſeyðr coctio; it. uſtio, rogus. qvo ſenſu vox hæc occurrit in Eg. ſ. Sk.

ſeinn, tardus, ſerus, Sv. *ſen*, D. *ſeen*, Lat. *ſegnis*: dicitur ſeinn pro ſeign, à ſig, ſeig, tarde feror, lente delabor; unde ſigi homo tardigradus, ſeigr lentus.

ſekr, reus, [I, 4. b] damnatus, [XI. 9. a] à ſök culpa, crimen, q. v. vel ſekr, qvaſi ſækr, in jus vocandus.

ſekt, reatus, culpa, (XI. 1. c) à priori.

ſelr, phoca, [III. 8. a] AS. *ſæle*, D. *ſæl*, Sv. *ſiäl* idem: ſic dicitur à ſæla apricitas, qvod amet in ſcopulis apricari.

ſierligr, inſignis, peculiaris, [XI. 13. a] alias ſárligr inſignis, multus, à D. *ſvare* & *ſaare*, magnus, gravis; inde Ger. *ſehr*, Dan. *ſaare*, valde multum.

ſiá, ipſe, [III, 2. b] etiam ſió idem, (XIV, 9. b). Vid. ſá.

ſiálfr, ipſe, Ulf. *ſilba*, AS. *ſylv*, Al. *ſelbo*, D. *ſelv*, idem; credo, inſerta labiali, ab AS. *ſel* bonus, *ſeleſt* optimus, it. præcipuus, ipſiſſimus, ut qvoqve Germani in ſuperlat. fere dicunt *ſelbſt*, eodem ſenſu.

ſið, ſero, ſiðar ſerius, ſiðaz, ſiðz, poſtremo, it. minimè, [XI, 10. a] ab adj. ſiðr demiſſus, qvi pone vel infra eſt, D. *ſid*, idem.

ſiðferði, conſvetudo, [XIII, 14. b] q. d. proceſſus morum.

ſiðr, mos, AS. *ſida* mores, Al. *ſit*, Ger. *ſitt*, D. Sv. *ſed*, mos; à Gr. ἔθος, demto ſibilo; vel ſiðr vi vocis proceſſus, i. q. AS. *ſith*, via, iter, ut far iter, curſus, ſæpe mores, & vitæ viam notat.

ſiðr, religio, mos ille præcipuus, [II, 14. a] í fornum ſið, ſub gentiliſmo, í kriſtnum ſið, ſub chriſtianiſmo. G. k. VIII. 29. ſiðaſkipti morum & religionis mutatio, [XIII, 8. a] *reformationem* hodie vocamus.

ſifſcapr, affinitas vel cognatio, [VII, 8. c] ſifi cognatus, ſif, f. cognatio, amicitia, AS. *ſibba* cognatio, concordia, convenit ſefi, animus qvietus, favor, amicitia, GK. IV. 34. Vid. ſef qvieſco.

ſigr, victoria, (XI. 9. b) AS. *ſige*, Ger. *ſiege*, cæt. vi vocis ſtrages vel dejectio hoſtis, ab obſol. ſig infra, deorſum, Dan. *ſige* idem, hinc ſiga labi, ſigra ſternere, vincere.

ſilfr, argentum, Ulf. *ſilubr*, AS. *ſeolfor*, Al. *ſilbar*, cæt.

ſinn, vice, um ſinn, nunc, (VI. 4. a) ſemel, (VI, 5. b) q. d. eo curſu, ſicut Dani dicunt *en gang*; proprie ſinn iter, curſus, Orvar O. ſ. eptir fór órn i ſinni, ſeqvebatur aqvila, eodem curſu, conf. Herv. ſ. cap. 4. inde ſólar ſinn iter, vel via ſolis, Al. *ſind*, AS. *ſith*, iter, curſus.

ſira, dominus, (IX, 6. a) hodie ſera, qvo titulo ſacerdotes ſalutantur; A. It. *ſir*, Gall. *ſieur* & *ſire*, dominus; qvod, ut pleriqve volunt, contractum à Gall. *ſeigneur*, It. *ſignoro*, Lat. *ſenior*: ſira mina, mi domine, Th. ſ. Gall. *monſieur*.

ſión,

ſión, ſyn, f. viſus, pl. ſiónir, ſpectra, [XI, 9. a] Ulf. *ſiun*, AS. *ſeo*, viſus, à ſiá videre.

ſiukr, æger, Ulf. *ſiuks*, AS. *ſeoc*, D. *ſyg*, cæt. ſyki, f. morbus, D. *ſiuge*, idem: conferunt Gr. σικχὸς moleſtus, tædioſus, it. imbecillus; ſed potius ſiúkr, indidem ac ſótt morbus, [de qvo ſ. l.

ſkáld, poëta, D. *ſkiald* idem, q. d. rerum peritus, qvi res geſtas novit, à ſkil & ſkial intelligentia, it. documentum, ratio: vel à ſkil, ſkilda, diſtingvo, intelligo, it. diſtinctè refero; her ſkilr eigi um þat, de illo memoriæ proditum non eſt, Jſk. XII. 28.

ſkammr, conciſus, brevis, (V. 7. a) à vet. ſká accidere, ſecare, Gr. σκάω ſeco, incido; hinc ſkamta determinare, ſkemta tempus terere, jocari.

ſkap, forma, facies, q. determinatio, [V, 5. d] 2) animus, à diis fictus & factus, (XIII, 14. b). 3) pl. ſkǒp fata, q. determinationes, (XIII, 14. a) 4) ſkǒp, AS. *geſkapa*, pudenda, q. d. formæ, honeſta phraſi: mihi radix vet. ſká ſecare, ſecando fingere.

ſkapa, determino, formo, creo, vet. Sv. *ſcapa* ſecare, AS. *ſcyppan*, A. *ſkaphan*, D. *ſkabe*, formare facere; omnia à ſimpliciori ſká ſecare. Olim diximus ſkep, ſkop, formo; inf. ſkepia.

ſkap-fellr, gratus, animo bene ſedens, (V. 6. c) mer fellr i ſkap, mihi arridet, placet. vide fallinn.

ſkart, ornatus, (VIII. 3. b) tranſpoſitis literis, ſkraut idem, proprie veſtis arte ſecta & ſarta, à ſkera ſecare, & in ſpecie, formare veſtem, Sinnb. ſ. vid. ſkrúd.

ſkaut, ſinus, (hominis, veſtis, veli,) it. ipſa veſtis ſive velum, Ulf. *ſkaut*, AS. *ſceat*, Ger. *ſchooſz*, D. *ſkiöd*, ſinus: à ſkyt, ſkaut, verſo, huc illuc flecto; à ſkaut velum, vel AS. *ſceat* linteum fecimus, ſkauta calanticam in coni formam ſtruere, de fœminis.

ſkepna, forma, [III. 8. b]. 2) creatura, (III. 10. b) fere de brutis, à ſkep, ſkop, creo; forte indidem AS. *ſcap*, Ger. *ſchaaf* ovis.

ſkicka, conſtituo, fieri jubeo, (VI. 9. c) Ger. *ſchicken* idem; ſkick, (vox nova,) mos, id qvod fit, à ſke fieri.

ſkickia,

skickia, toga, [XI. 10. a]. AS. *scicing*, idem; forte à **skaga** extendi, demitti, unde **skiki** lacinia.

skil, skilda, seligo, separo, (XI. 6. a) intelligo, (XI. 9. b) AS. *scyllan*, D. *skille*, dividere.

skilning, f. intelligentia, (III. 4. b) **skilningar vit** sensatio, sensus, **Mar.** f. hodie organa sensoria.

skiótr, celer, festinus, à **skióta** mittere, **skiótaz** properare: casu convenit Lat. *citus*, nec non Gr. σχέδιος subitò factus, extemporaneus. **skiótt**, adv. citò.

skiöde, D. *skiöde*, cura, attentio, (VI. 5. c) Dan. *skiöte*, Sv. *sköte*, curare, pensi habere; Isl. qvoqve **skeyta** idem, **skeyta skapi sinu**, seqvi suum ingenium, indulgere affectibus: diversum videtur tam à **skeyta** coaptare, jungere (sinum sinui), qvàm à **skeyta** abalienare, addicere, (**Gk.** XIII. 12.) q. d. ingremiare. Vid. Ihre. inde **skeytr**, addictus, deditus, (cliens) **Gk.** XVI. 27.

skip, navis, Ulfilæ *skip*, AS. *scyp*, cæt., à **skipa**, ordinare, navim nautis, & triclinium convivis instruere; consentit mihi Ill. Ihre, qvi etiam σκάφη, scapha, indidem derivat. à **skip** fecimus **skipari** nauta, **Nkk.** ss.

skipa, constituere, ordinare, jubere, (XI. 9. a) revera i. q. **skapa**, passim eodem sensu. **skipan** constitutio.

skips-höfn, nautæ, q. d. qvod habet navis; **höfn** qvod habetur, & ubi qvid habetur; ut habitus, vestis, fœtus in utero, pascuum, portus.

skipt, f. dispositio, mutatio, divisio; à **skipa** ordinare, disponere.

skipta, mutare, disponere, dividere, AS. *sciptan*, Ger. *schiften*, D. *skifte*, dividere.

skip-veriar, nautæ, **ver**, vir, custos, pl. **verar**, **veriar** viri, custodes, passim in patronymicis; **romveriar** Romani; sic AS. *heofon-vara*, *eorth-vara*, cælicolæ, terricolæ.

skira & **skyra**, purgare, 2) baptizare, vid. cap. (XI. 2. a), 3) juramento se purgare, **hún hafdi skírt sic**, jus jurandum dederat. **Sturl.** f. VII, 5. Ger. *schieren*, *scheuren*, purgare, polire, D. *skure*, idem.

skiring,

ſkiring, illuſtratio, explicatio, it. baptiſmus.

ſkirr, purus, [IV. 2. b] innocens, [XIII. 9. c] dicimus & ſkærr, fere eodem ſenſu, AS. *ſcire*, Dan. *ſkiær*, Germ. *ſchier*, purus; aliud ſkiarr, ſkirr, pavidus, fugax.

ſkirſl & ſkirſla, purgatio, baptiſmus, juramentum, manna ſkirſl, purgatio humana, per teſtes; Guds ſkirſl purgatio divina, per ferrum candens, ordalium; utrumqve habet. R R. G.

ſkirſlar eldr, ignis purgatorius, (XIII. 9. c) D. *ſkiærsilld*, Germ. *ſegefeur* idem.

ſkorta, deeſſe, [XII. 3. a] A. *ſhort*, D. *ſkorte*, cæt. à ſeqv.

ſkortr, defectus, revera i. q. ſkard inciſio, it. damnum, à ſkera ſecare; inde ſkerdr, ſkertr, acciſus, imminutus, A. *ſhort* brevis; convenit Ger. *kurtz*, Lat. *curtus*.

ſkot, jactus, it. angulus, ſem ſkytr ſer út, qvi in receſſum extendit ſe, AS. *ſceat*, Svet. *ſköt* angulus, male qvidam à σκότος tenebræ.

ſkómm, ſkammar, ignominia, imminutio, AS. *ſcame*, Ger. *ſcham*, cæt. à ſkammr brevis, q. v. unde qvoqve ſkemma breviare, vitiare, D. *beſkiæmme* deturpare, famam lædere.

ſkript, diſciplina eccleſiaſtica, ab AS. *ſcrivan* confitentem audire, pœnitentias præſcribere.

ſkript-bera, confiteri, in confeſſione afferre, [XIII, 9. b].

ſkrök, commentum, incerta relatio, [XI, 10. b] ut videtur, à ſkrika, ſkreika, vacillare.

ſkrúdi, m. veſtitus, ornatus, (VIII, 3. b). dicimus & ſkrúd, n. apparatus qvifqve, utenſilia, AS. *ſcrud* veſtitus; ab AS. *ſcreadan*, Ulf. *ſkreitan*, minutim concidere; inde D. *ſkræder* ſartor.

ſkryda, veſtire, [VI. 11. a] AS. *ſcrydan* idem; à priori.

ſkuld, ſkyld, officium, debitum, culpa, AS. *ſcylde* idem, à ſkal, ſkylda, debeo.

ſkurdar-ſkirn, circumciſio, (XI, 2. a) q. d. baptiſmus ſectionis.

ſkurd-god, deus ſculptus, ſculptile, (IX. 1. c) ſkurdur ſculptura.

skyldr, obligatus, [VI, 1. b] 2) cognatus, (VII, 8. b) sic **skuld** & **skylda** debitum, it. necessitudo; **skuldar fólk** necessarii, familia, **St.**

skyn, lumen, it. ratio intelligentia, [XII. 3. b] D. *skin*, Ger. *schein* lumen, Sv. *skon* judicium; haud dubiè convenit AS. *scon*, Ger. *schön*, D. *skiön* & *kiön*, nitens, pulcher, qvò & referunt Camb. *cain* candidus, Lat. *canus*.

skynsamr, sapiens, (II, 6. e) D. *skiönsom* idem.

skynsemd & **skynsemi**, ratio, intelligentia, sapientia, **gialda Gudi skynsemd**, rationem reddere Deo, **St.** dicimus etiam **gialda skyn**, eodem sensu, **J. s. h.** alibi.

skyra, explicare, declarare, [XIII, 12. c]. vid. **skíra**.

slíkr, talis, (III, 2. b) olim **solikr**, Al. *soliche*, Ulf. *svaleik*, AS. *svilc*, Ger. *solcher*, cæt.

slít, sleit, rumpo, solvo, AS. *slitan*, D. *slide*, Ger. *schlitzen* & *schleissen*, rumpere: hinc **slit** ruptura, **heims slit** consummatio seculi, q. d. ruptura mundi.

smái, smada, vilipendo, contemno, [XIII. 14. b] Ger. *schmähen*, contumelia afficere, à **smár**, Ger. *schmäh*, D. *smaa*, exiguus, vilis; unde & **smán**, Ger. *schmach*, contumelia, q. imminutio, attenuatio. Sic **mínkun** ignominia, à **minka** minuere.

smyr, smurda, ungo, AS. *smeran*, Ger. *schmieren* idem, Gr. *μυρόω* ungo: nobis **smer**, **smőr** (ut scribit **St.**) pingvedo, butyrum, **vid-smőr** oleum, Ger. *schmer*, pingvedo adeps; demto sibilo dicimus **mőr** adeps, Gr. *μύρον* oleum, unde etiam **mergr** medulla.

snemma, citò, manè, Sv. *snima* nuper; cognatum est **snœfr**, celer, alias **snőggr**, D. *snu* idem, **snœfrliga** properè, citò, **sniofrleikr** expedita promtitudo, qvin conv. Ulf. *sniumjan* properare: omnia à **snúa** vertere, Sv. *sno* celeriter agere.

sniallr, expeditus, alacris, it. elegans sermone vel gestu, (XIII, 1. a) AS. *snel*, Ger. *schnell*, citus, celer, Dan. *snill* alacris, elegans; hinc **snilli** alacritas, strenuitas, **Viga-Gl. s.** 6. it. eloqventia.

snillingr, rhethor, (VI, 2. a) it. homo expeditus & strenuus. **Sv. s.** cap. 164.

snœr,

ſnær, ſnæs, nix, AS. *ſnav*, cæt. Gr. νιφὰς nix, inde ſnifi vel ſnyſi ningo, νίφω.

ókn, f. inſecutio, 2) vocatio in jus, 3) parœcia, plebs commune templum vel curiam ſeqvens; à ſækia ſeqvi.

ſól, anima, (V, 7. e) vid. ſála. At ſól, ſol, i. q. ἥλιος Græcorum, qvi ſibilum aſpiratione mutant; e. gr. ἕξ ſex, ἑπτὰ ſeptem, ὕπο ſub. cæt.

ſómi, decus, honor, q. d. convenientia, congruentia; affine eſt ſami, conventio, conſenſus, concordia, AS. *ſóm*, *ſome*, idem; à ſamr ſimilis.

ſorg, cura, ſollicitudo, dolor, Ulf. *ſaurga*, AS. *ſorge*, D. & Ger. *ſorg* idem, certe ab AS. *ſvar*, Dan. *ſvare* & *ſaare* gravis, Ger. *ſchwer* gravis, moleſtus, nobis ſárr moleſtus, it. dolens, ſaucius; adde Ger. *ſchwere* gravitas, moleſtia, AS. *ſár*, Al. *ſer* dolor, nobis ſár vulnus.

ſótt, morbus, Ulf. *ſauht*, AS. *ſuht*, Ger. *ſucht*, idem, propriè impetus, infeſtatio, H. k. XIV. 19. vann ſiklingr ſótt, við ſnarpa drótt, impetum fecit rex in ſtrenuum agmen: dicitur evphonicè ſótt pro ſókt, à ſæki, ſokta & ſotta, infeſto, impugno, etiam de morbis; ita fere Lat. *impetigo* morbi genus, ab *impeto*.

ſðk, res, cauſa, culpa, AS. *ſaca*, Ger. *ſache*, D. *ſag*, cæt. propriè id qvod aliqva ratione ſeqvimur, vel petimus; à ſækia ſeqvi, ſic αἴτια cauſa, culpa, ab αἰτέω peto; Ihre ducit à Latino *cauſa*, Gall. *choſe*, idem, per metatheſin.

ſðng-hús, ſacrarium, (XIV. 11. a).

ſpakr, prudens, ſapiens, it. translate, qvi præ ſe fert prudentiam, ſedatus, tranqvillus, Al. *ſpaher* ſapiens, à ſpá, D. *ſpaa* prævidere, divinare, Ger. *ſpähen* videre, ſcrutari, apud Wacht., Lat. *ſpecere*, qvò & referunt Heb. צָפָה exploravit, ſpeculatus eſt.

ſpá madr, vates, videns, [XIII, 8. a] ſpá vaticinium.

ſpár, præſagus, providus, (VI, 11. b). alias forſpár idem, Gr. ſ. 40. Brandar þeir voro vedr ſpáir, ſva i ódrum þavt fyrir ſunnann vindi, enn i ódrum fyrir nordan vedri, i. e. Poſtes illi tempeſtatum vices præmonuerunt, adeo ut hic ante notum, ille ante boream ſtriderent.

ſpara, parcè uti, it. ſervare, (XIV, 15. a) AS. *ſparan*, Ger. *ſpahren* parcere, ſparr parcus.
ſpe, illuſio, (VI. 10. c). ſpia, reſpuere, contemnere, conv. ſpy, ſpio, ſpuo, Ulfilæ *ſpeivan*, AS. *ſpivan* idem.
ſpilli, ſpilta, corrumpo, perdo, (XI, 8. a) Al. & AS. *ſpildan*, D. *ſpilde* vitiare, à ſpiall, ſpell, detrimentum, damnum, Gr. σπίλος labes, macula.
ſprache, Ger. ſermo, (VIII. 12. a) AS. *ſpæce*, & *r* inſerto *ſpræce*, Dan. *ſprog* ſermo: certè ſpectant ad noſtrum ſpeki ſapientia, item eloqventia, à ſpakr ſapiens, it. eloqvens, q. v.
ſpurning, qvæſtio. à ſeq.
ſpyr, ſpurda, comperio, it. qværo, (V. 5. a) proprie inveſtigo, de canibus, ut vox ſumitur Gk. XII. 38. alibi, AS. *ſpurian*, Germ. *ſpüren*, inveſtigare, indagare, à ſpór veſtigium.
ſtaddr, conſtitutus, manens, [III. 10. b).
ſtad feſti, ſtad-feſta, firmitas, conſtantia.
ſtadr, locus, nam ſtadar, ſubſtitit. [V. 7. d) AS. *ſtathe*, D. *ſtæd*, Lat. *ſtatus*, *ſtatio*, à ſtá ſtare.
ſtafr, fulcrum, baculus, it. litera, baculum referens, AS. *ſtæf*, Ger. *ſtab*, cæt. conv. ſtubbi *ſtipes*, ςύπος, ſtufr truncus, & alia, à ſtá ſtare, erigi.
ſtarf, n. ſtarfi, m. durus labor, (IX. 6. d) ſtarfa laborare, Dan. *ſtræbe*, Svet. *ſtræfwa*, Ger. *ſtreben* idem, per metath. conv. ſtrit durus & difficilis labor, ſtrita laborare, Sv. *ſtreta* niti, omnia refer ad ſtir, rigor, aſpera contentio, ſtirdr, Ger. *ſtarr*, aſper, rigidus.
ſtavr, palus, [XI. 5. b] Gr. ςαυρὸς, idem; inde ſtavra palum defigo, ςαυρόω, conv. ſtir, ſtyr, ſtimulus, ςύραξ.
ſtefna, tendere, dirigere, it. citare, diem cui dicere, [VI. 8. a] D. *ſtævne*, Sv. *ſtamma* idem: nautarum verbum eſt, propriè notans roſtrum navis, qvo curſus ducit, dirigere, à ſtafn prora.
ſtefna, f. curſûs directio, it. locus vel tempus præſtitutum, ad qvod tenditur, (IX, 3. b) AS. *ſtemne*, ſtatutum tempus, à priori.

ſterkr,

ſterkr, fortis, firmus, AS. *ſtearc*, *ſtarc*, cæt. à Ger. *ſtarr*, rigidus, durus, Gr. στέρεος, στεῤῥὸς, durus, firmus.

ſtetta, præſtare, exhibere, (VIII, 3. b). Stiorn aliqvoties habet; Ger. *ſtatten* exhibere, ſiſtere, fere in compoſitis.

ſteypa, præcipitare, dejicere. 2) fundere, [X. 8 a]. 3) fundendo formare, inde ſteypir præcipitium, ſtaup effuſio, it. portio potûs, poculum; convenit AS. *ſteap*, A. *ſteep*, acclivis, præruptus, *to ſtoop* inclinare, vergere.

ſtíg, ſteig, incedo, it. ſcando, [VI. 2. b] Ulfilæ *ſteigan*, AS. *ſtigan* ſcandere, Gr. στιχάω & στείχω incedo, vado.

ſtiúp-barn, privignus, (XIV. 7. d) olim ſtiúpr idem. Sloam. ſ. cap. 19. & H. k. VIII. cap 1. AS. *ſteop-cild* orphanus; Junius & Ihre ab AS. *ſtepan*, Al. *ſtiupan*, orbare; me judice hoc potius ab illo: ſtiúpr proprie reſtans, ſuperſtes, cui affine ſtakr impar, reſiduus, qvi ſolus remanet, ſine ſocio & pari; à ſtá ſtare; Sic Gr. μόνος ſolus, it. deſertus, viduus, à μένω maneo.

ſtiórn, f. regimen, ſtyra, AS. *ſteoran*, regere, dirigere, vid. ſ. l.

ſtoda, fulcire, juvare, (VIII. 3. b) à ſtod fulcrum, it. auxilium, AS. *ſtuthu*, B. *ſtut*, D. *ſtytte* fulcrum, à ſtá ſtare.

ſtóli, m. *ſtola*, (VIII. 3. b) faſcia alba (inqvit Ihre) per humeros ad pectus vel genua demiſſa. Sicut στολὴ à στέλλω, ita nobis ſloppr tunica, veſtis demiſſitiæ genus, à ſlepp mitto, ſloppinn demiſſus.

ſtóll, ſella, (I. 5. c) niſi potius *ſtola* ſacerdotalis h. l. intelligatur.

ſtór-menſka, magnificentia, (VIII. 15. a) ſtor-menni magnas.

ſtór-merki, res valde notabilis, miraculum, (XIII. 8. a).

ſtórr, magnus, ingens, q. d. exſtans, à ſtá ſtare: inde ſtæra amplificare, ſtæra ſic efferre ſe, ſtærd magnitudo, item ſuperbia. Hak. ſ. G.

ſtöckvi, ſtöckta, aſpergo, (VI. 10. b) Dan. Sv. *ſtænke* idem, q. d. ſaltare facio aqvam, à ſtöck ſalto, cui affine ſtig & ſtika incedo, στείχω. Hinc ſtöckull aſpergillum. St.

straff, pœna, (II. 5. b) vox nova nobis, Ger. *strafe*, Dan. Svet. *straff* pœna, vi vocis rigor, severitas; à Ger. *straff* rigidus, durus, severus, Belg. *straf*, Sv. *straf* idem; hinc straffa punire; sicut ab hardr durus, hirta corripere, asperè tractare.

stríd, n. contentio, rigor, asperitas, à stridr austerus, asper, per metath. i. q. stirdr durus, rigidus, asper. Vid. sterkr.

stuldr, furtum, (XIII. 9. a) AS. *stala*, Al. *stal* idem, à stela furari, Ulf. *stilan*, AS. *stelan*, cæt. Propriè hoc verbum notat se ponere, auferre, revera i. q. Ger. *stellen* ponere, *abstellen* loco movere.

stund, f. tempus, hora, sive major sive minor, AS. Svet. Ger. D. *stund* idem, q. d. mansio vel status; à stá & standa stare. 2) stund instantia, diligentia, Lat. *studium*; unde stunda curare, Lat. *studere*.

styra, viribus valere, regere, dirigere, AS. *styran*, *steòran*, regere, it. movere, turbare, Al. *stiuran* regere, cæt.

styrir, rector, (V. 7. b) dicimus & stióri rector, it. anchora, vi tenens navem, styri, AS. *steore* gubernaculum.

styrkr, robur, Dan. *styrke*, Germ. *stärke*, firmitas, duritia; affine storka rigor, storkinn rigens, induratus. vid. sterkr.

sumar, æstas, in multis dialectis occurrit, qvidam derivant à sunna sol; me judice nullo fere negotio referri potest ad Arab. חמאר (hhammar) æstas, ab æstu sic dicta; qvid enim notius est, qvam spiritum gravem sibilo subinde mutari.

sunnu-dagr, dies solis, sunna sol, forte transeunte l in n, ut annar *alius*, ἄλλος, inn *ille*, kann *calleo*, cæt.

svara & andsvara, respondeo, AS. *andswaran*, D. *svare*, Sv. *swara*, respondere. Certè svara à sver assevero, juro, sicut à Latino *spondeo* venit *respondeo*: hinc svar gravis assertio, juramentum, it. responsum. Nescio cur philologi hic nodum in scirpo qværant.

svartr, niger, Ulf. *svart*, Ger. *schwartz*, D. *sort* idem, cæt. nobis sorti nigredo.

svefn,

ſvefn, ſomnus, D. *ſövn* idem, AS. *ſvefn* ſomnium, à ſef, ſvaf, qvieſco, dormio; hinc Lat. *ſomnus*, ol. *ſopnus*, Gr. ὕπνος, ubi, ut fere fit, litera ſibilans tollitur.

ſveinn, puer, (III. 4. b) Svet. *ſwen*, D. *ſvend*, puer, it. famulus, AS. *ſvan*, *ſvon*, ſervus, Belg. *ſwent* juvenis, *ſwente* virgo, nobis ſvanni puella: convenire videtur Lat. *juvenis*, *junis*, forte cognatâ olim pronunciatione, ſicut Gall. *jeune* juvenis, fere ſonat *ſchöne*.

ſver, ſor, juro, Ulf. *ſvaran*, AS. *ſverian*, Ger. *ſchweren*, idem, q. d. graviter aſſeverare, ſeriò dicere; ab AS. & D. *ſvar*, Ger. *ſchwer* gravis, Lat. *ſeverus* & *ſerius*, v. ſæra. Aliis ſver, à Lat. *juro*, qvod vicinus ז j. in ore Gallico ſonus non de nihilo ſvaſit.

ſvik, fraus, ſeductio, ſvikia fallere, ſeducere, AS. *ſvican*, D. *ſvige*, idem, AS. *beſvican* ſupplantare: ut videtur, à ſveigia, flectere, ductare: Sic D. *bedrage*, *beföre*, ſeducere.

ſvipligr, repentinus, 2) vultum habens ſuſpecti ingenii indicem, [XI. 10. a] conf. Gunn. ſ. pidr. b. cap. 1. ubi eadem vox.

ſvipr, celer motus, 2) vultus, vel vultûs compoſitio, qvæ pro interno affectu variare & mutari creditur, Camb. *gwep*, Ger. *waff* vultus; ſic nobis bragd, yfirbragd, certa vultus conſtitutio, à bregda, verſare, mutare, & Lat. *vultus*, *voltus*, à *volvendo*. 3) ſvipr umbra & imago mortui; omnia hæc à ſvipa, ſveifa, ſubito verſare; alias veifa, Ger. *wippen* agitare, *vibrare*.

ſynd, f. peccatum, AS. *ſynne*, Ger. *ſünde*, B. *ſonde* idem, recte derivant à vet. ſona, D. *ſone*, Ger. *ſöhnen* expiare, placare; ſic *piaculum*, à *pio*. Alii à σίνος noxa, damnum, vitium.

ſyng, ſaung, profero, recito, (XIII, 6. d) cano, [V. 9. c] Ulf. *ſiggvan* recitare, legere, AS. *ſingan*, legere, it. canere; qvin cognatum eſt ſegia dicere, ſicut qved dico, it. cano.

ſyni, ſynda, oſtendo, (XI. 8. d) ſyn, ſión, viſus, à ſiá, videre.

ſynia, excuſare, [XI, 8. a] recuſare, negare, (I. 6. a) à ſyn, expiatio, excuſatio, negatio, vet. Svet. *ſonia*, *ſunia*, ſontica, cauſa, qvæ excuſat. vid. nauð-ſyn.

ſynn, evidens, manifeſtus, à ſiá, videre.

ſyſtir, ſoror, it. monialis, D. Sv. *ſyſter*, Ger. *ſchweſter*, cæt.

sæki, sókia, qværo, peto, it. invado, impeto, [II. 8. a] Ulfilæ *sokjan*, AS. *secan*, Ger. *suchen*, cæt. Cognatum est Lat. *seqvi*, eopte fere sensu.

sæla, beatitudo, bonum, [XI, 2. b] Lat. *salus*, AS. *seel* commodum, oportunitas. vid. sála. 2) sæla apricitas, à sól, sælubrecka, clivus soli oppositus, Eb. s. for-sæla luminis solaris absentia; forte ejusdem familiæ est sel, domus æstiva.

sæll, bonus, beatus, (VIII. 11. a) Sv. *säll*, AS. *sælig*, D. *sálig*, Ger. *selig*, felix, beatus; Ulf. & AS. *sel* bonus, Lat. *salvus*.

sæmd, honor, decus, [I. 3. a] sæma, sama, honorare, condigne facere, imperf. samir convenit, decet, Germ. *ziemen*, Ulf. *timan*, decere, à sómi, decus, q. v.

sæng, culcitra, it. lectus, (V. 7. e) D. Sv. *sæng* idem, Scotis *sonk* torus, apud Junium, AS. *sæccing* grabatus, stratum, omnia à seckr, saccus, olim cubantibus substratus.

sæng, lectus puerperæ, (XI. 6. c) sængr-fór, puerperium, (VII. 9. b). sængr-kona puerpera.

særing, exorcismus, (V. 7. c) særi jurare facio, per juramentum obligo, Stiorn: it. exorcizo, diras imprecor, à sver, sor, juro, q. v. 2) særi, gravo, vulnero, à sár, vulnus.

T.

tá, digitus pedis, (III, 6. a) AS. *ta*, A. *tee*, D. *taa*, Ger. *zähe*, idem, qvibus affine AS. *tah* allux; rectè derivant ab AS. *teon*, nobis tia, D. *te*, porrigere, offerre.

tal, numerus, sermo, AS. *getale*, Ger. *zahl*, D. & Sv. *tal*, numerus: tal, propriè prolatio, productio, ab AS. *teon*, ducere, trahere; nobis tiá, proferre, referre, exhibere, ore vel manu; ab eodem themate venit Ger. *zagel* & *zahl*, nobis tagl, cauda, qvæ trahitur.

tala,

tala, loqvi, AS. *talan*, Dan. *tale*, A. *tell*, idem, propriè proferre, producere (verba): sic Lat. *dico*, q. *duco*, & Heb. דָּבַר dixit, derivant à Chald. דְּבַר duxit.

tamr, cicur, it. assvetus, (XIII, 14. c) **tem**, *tamda*, assvefacio, Lat. *domo*, Gr. *δαμάω* cæt.

tauffe, Ger. baptismus, (VIII, 12. a) D. *daab* idem, vid. **deyfa**.

tegen, D. signum, [XIII. 11. a] AS. *tacen*, *tacn*, Germ. *zeichen* idem, ab AS. *tæcan* tradere, docere, Ger. *zeigen* ostendere, qvibus cognatum Gr. Obsol. *δείκω* monstro, & Lat. *doceo*, nobis **tæ** exhibeo, refero, monstro.

tek, *tok*, capio, sumo, it. intelligo, [XI, 9. a] AS. *tæcan*, A. *take*, Dan. *tage*, capere, Gall. *attaquer* prehendere, Gr. *δέχω* capio, qvibus accedit Gr. *θίγω*, Lat. *tango* & *tago*, cognato sensu.

tendradr, accensus, it. institutus, (VIII, 3. b) **tenda** & **tendra** accendere, AS. *tendan*, Ulf. *tandjan*, Dan. *tænde*, Ger. *zünden*, idem: derivant à Camb. *ten* ignis, nobis poëticè **teni** idem.

tengia, jungere, facere ut tangat, haud dubiè à **tavg** vel **tog** vinculum; qvin convenit Gr. *ζεύγνυω* jungo, per metath.

thrang, vel **trang**, Sv. angustia, nobis **þravng**, f. idem, **þrengia**, AS. *thringan*, Germ. *dringen*, angustare: **n**. insertô, idem qvod **þryckia**, AS. *thriccan*, Dan. *trykke* premere: hoc à **þrek**, vis, violentia, **þreka** premere, affligere.

tiald, velum, (VIII, 13. a) it. tentorium, AS. *teld*, D. *telt*, Svet. *tiall*, Ger. *zelt*, tentorium; **tiald** i. q. **tildr** structura instabilis & vacillans, **tolli** laxus hæreo, **tylli** laxum suspendo, vel hærere facio, Lat. *tollo*. Ihre ab Ulf. *saljan* habitare, qvod tentoria prima hominis habitacula fuerint.

tíd, tempus, it. hora, **Stiorn**. pl. **tídir**, horæ canonicæ & qvævis sacra, [II, 4. a] etiam gentilium, **O. M.** 50. **Konúngr beiddiz at gánga i hofit oc siá tídir þeirra**, i. e. Rex veniam petivit ut fanum ingrederetur & sacra eorum videret. AS. & D. *tid*, Al. *cit*, Germ. *zeit* tempus.

tign, f. honor, dignitas, (VI, 6. d) **tiginn** nobilis, honoratus, (de regibus & dynastis), **tigulígr** venerabilis, certè convenit Lat. *dignus*; hinc **tigna** honorare, (XIII, 8. a) Lat. *dignari*.

til, ad, olim, **ti**, Al. *za*, *zi*, Ger. *zu*, A. *to*: per metath. ab **at**, q. v. **nockurs ti** aliqvantulum, **Mar.** f. **helsttil** & **helst ti**, nimis.

timi, tempus, data oportunitas, AS. *tima*, *tyma*, Al. *tuma* idem; qvibus accedit ipsum Latin. *tempus*. 2) **timi** successus, felicitas, **Ol.** f. **h. þar man timi hanns verda mestr**, illic rerum ejus successus maximus erit; **tima dagr**, dies auspicatus; mihi **timi**, à **te**, **tia** dare, offerre, it. prodesse, expedire, unde etiam **tima** largum esse, **timinn** largus: alii referunt ad Gr. δεμῶν tempus, Heb. זְמַן tempus definitum. conf. **tóm** otium.

tina, proferre, recensere, tradere, à simplici **tia**, referre, exhibere: casu conven. Chald. תְּנָה tradidit, docuit.

tingu skeggr, furcatam habens barbam, à **tinga**, furca, bifida cuspis, **G. K.** I, 22. D. *tyve* idem, à **tu**, AS. *tva* duo, affine puto Ger. *zack* & *zink*, cuspis, it. ramus, à bifissà formà; sicut nobis **grein**, ramus, simili ratione dicitur.

togr, **tygr**, **tugr**, decas, q. d. tractus vel productio (numerorum) conv. **teygr**, **tugr**, haustus, attractio potûs, **teygr**, **tugr**, spatium, tractus loci; omnia hæc à vet. **tyg**, *taug*, traho, inf. **tiúga**, Ulf *tiuhan*, AS. *teon*, Germ. *ziehen*, trahere, Lat. *ducere*: hinc **tiu** decem, exeunte palatinâ, Ger. *zehen*, Lat. *decem*, Gr. δέκα.

tollr, tributum, AS. *toll*, D. *told*, Ger. *zoll*, Gr. τέλος, idem, qvæ haud dubiè cognata sunt Celtico *tal*, solutio, pensio, qvod Cambris etiamnum in usu, & affine est nostro, **tel**, Germ. *zehle*, *zahle*, numero, it. solvo (debitum), Gr. τελέω solvo.

tómr, vacuus, capax, in qvo datur locus, Dan. Svet. *tom*, idem; inde **tóm**, vacuum, it. otium, oportunitas, **i tómi** dum vacat: ut puto à **tiá** & **tío**, concedere, dare, fere sicut **nád** qvies, otium, à **ná** conseqvi. vid. **timi**.

torfa, gleba, cæspes, (XI, 6. c) D. *törve*, Sv. *torf* idem; 2) **torfa**, later vel tegula terrestris, & qvicqvid hujus refert speciem; dicimus sensu collectivo **torf**, n. cæspites, it. terra combustilis & arida, Ol. s. T. p. 219. AS. *torf*, Dan. *törv* idem: omnia à **þurr**, Dan. *tör*, Germ. *dürr* aridus, *torridus*; nec revera **torfa**, aliud ac Lat. *terra*, qvæ à *torrendo* dicitur, ut Gr. ξηρὰ terra, & Lat. *arida*, à ξηρὸς *aridus*.

torp, Sv. oppidum, (II. 9. a) nobis **þorp**, AS. *thorpe*, A. *throp*, idem; à civium societate dici videtur, & esse idem ac Camb. *torf* Germ. *trop*, Gall. *troupe*, multitudo, Lat. *turba*: Sic numerum hac voce intelligit **Edda**, ubi; **tá ef tveir ero, þorp ef þrír ero**, i. e. **ta** duorum, **þorp** trium societas est; ubi tamen solennis veteribus literarum anaphora, potius qvam res ipsa curatur; hinc **þyrping** turba, **þyrpaz** confluere.

tortryggia, diffidere, dubitare, **tryggr** fidus, fidelis, **tor** partic. negativa, respondet Ger. *zer*, Gr. δὺς.

travst, confidentia, [I. 7. b]. it. passive auxilium, Ger. *trost*, A. *trust* confidentia, D. *tröst* solatium: conv. Gr. θάρσος & θράσος, confidentia, audacia.

trui, truða, credo, fido, Ulf. *travan*, AS. *truvan*, Germ. *tauwen*, fidere, Gr. θαῤῥέω confido, bono animo sum.

tru-kona, mulier fidelis & religiosa.

tru-lyndi, fidelitas, **lund**, **lyndi**, animus indoles, q. v.

tún, septum, area septa, it. oppidum villa, **tun oc herud**, oppida & provinciæ. O. M. **fødr tún** patria domus, locus natalis, **sauda tún**, ovile, Fostbb. s. AS. *tun*, Ger. *zaun*, Belg. *tuin*, A. *town*, septum, villa: Wacht. ab AS. *tynan*, Ger. *zeunen*, Belg. *tuinen*, sepire, sepe cingere, Gr. ζωννύω cingo: nec alienum est Gr. θὴν agger: usitatius, **tún** campum stercoratum notat, qvi etiam **tada** olim dicebatur, Gg. à **tad** fimus.

túnga, lingva, AS. D. *tunge*, Al. Ger. *zunge*, idem, ut volunt à φθόγγος sonus: potius **túnga** vi vocis aliqvid oblongæ & cuneatæ formæ, à **toga** producere, protendere (sicut *lingva* à *longus*),

cognatum eſt taugi, oblongum qvid & cuneatum, tông, forceps, à trahendo & producendo.

túngl, ſidus, luna, himin-tungl ſidera, AS. *tungel* ſtella, *tungla* ſidera, aſtra.

tuttugu, viginti, duæ decades, (XI. 8. b) formâ anomala, à tugr, togr, decas, q. v. Veteres qvoqve dixerunt tiugu viginti, Hk. VII. 260. Sv. *tiuga*, D. *tyve*, idem: qvæ origine non differunt à tugr decas, licet uſus, qvi ſui ſemper juris eſt, ſignificatum mutarit.

tvífaldr, duplex, Ger. *zweyfaltig* idem, q. d. bis plicatus, faldr plica, à fel, falda, tego, involvo, implico.

tviſvar & tyſvar, bis, (XII, 3. a).

tyna, amittere, perdere, it. obliviſci, (VI. 8. c) tión perditio, it. oblivio, falla i tión, oblivioni dari; (St.) cognata ſunt tyna perdere, & tina prodere, proferre. q. v.

tysdagr, vel tisdagr, dies Martis, Dan. *tirsdag* idem, tyr vel tir, (gen. tis, tirs, tirar, dat. & accuſ. ti) gloria, ſucceſſus, victoria, it. deus victoriæ, Tír, inde tyrar fór, expeditio glorioſa, G. K. VIII. 1. gángi þer alt til tis oc tima, ad gloriam & felicitatem omnia tibi cedant, Halfd. ſ. Sv. convenit AS. *tir* honor, dominium: ut videtur, à tia, tioa, te, juvare, prodeſſe, ter vel tyr, expedit, juvat, O. M. Sv. ſ. alibi. Aliud tyr lorica, qvod forte abbreviatum à θώραξ lorica.

U.

úfrár, tardus, debilis, (II. 1. b) frár celer, citus, citò elabens, à frá, ab, ex; hinc fráligr expeditus, alacer.

uggr, metus, [XI, 2. d] óuggr imperterritus, óga terrere, q. v. hinc & yggr Othini nomen, terribilis.

um-ſát, f. umſátr, n. inſidiæ, AS. *ymb-ſete*, idem; nobis ſitia um obſidere, inſidere.

unáda,

unáda, inqvietare, (IX. 6. c) vid. náð qvies.

und & undir, ſub, it. prope, apud, Ulf. *undar*, AS. Dan. *under*, Ger. *unter*, Belg. *onder*, ſub: und fere i. q. and ad, apud, prope.

und, vulnus, AS. *vund*, Al. Ger. *wund*, Belg. *wonde*, cæt. und, ſic dicitur ab impetu effluentis ſangvinis, rad. obſol. unnr pronus, præceps, nec origine differt æð, f. ſcaturigo, fons, it. vena, qvod ab oðr, præceps, impetuoſus, qvi ultro ſeſe offert, primo & genuino ſenſu; his affine eſt unna, olim avda, D. *yde*, dare, offerre.

undr, res mira, Dan. Sv. *under*; AS. *vunder*, Ger. *wunder* idem; proprie undr, magnum qvid & vehemens, ab obſol. unnr, proqvo in uſu oðr impetuoſus, vehemens, it. furens; Sv. *ond* idem, ex hoc biformi etymo, promiſcuè dicimus, oðum & unnum, copioſe, cum impetu, vehementer.

undraz, ſtupere, mirari, ab undr, res magna & mira, cognatum eſt æðraz, turbari, percelli, æðra terror, turbatio mentis, ab æði, vehementia, impetus, furor.

undrſamligr, mirabilis, (XI, 9. a).

ungamenni, homo junior, ſic gamal-menni, ætate provectior: ungr, minorennis, Al. & Germ. *jung*, Lat. *juvenis*, *junis*; hinc ungi, puellus, pullus.

uni, unda, delector, acqvieſco, [XIII, 14. a]. hinc yndi & ynni, delectatio, AS. *vynne*, Al. *wunne* idem, Wacht. confert Gr. γάνος gaudium, voluptas. Aliud unna favere.

unz, vel uns, donec, uſqve ad, [VIII. 11. a] Al. *untz*, Belg. *unt* idem: à præpoſ. und, ad, prope: unz riufaz reiginn, donec dii intereunt, i. e. ſine fine; paganæ locutionis vanitatem jam tum eventus monſtravit.

upp, ſurſum, Ulf. *jup*, Ger. *auf*, conv. of, ſuper, ὑπὲρ.

uppi, ſuper, láta uppi differre, (X, 5. a) er uppi, ſupereſt, reſtat, reliqvum eſt, (II. 12. b). dicimus: medan ec er uppi, dum vixero, me ſuperſtite. vid. yfir.

utan, extrinſecus, (VIII. 15. a) præter, [X, 4. a] ſine, [II, 4. b] ab exteris, [VIII, 14. a] Ulf. *utana*, Al. *uzzan*, Ger. *auſſen*, Dani *uden*, extra.

útburdr, infans expoſititius, **bera út** efferre, exponere.

útlægr, mulctandus, **Gg.** paſſim, 2) exul, q. fortunis omnibus privandus, ſic Lat. *proſcriptus*, cujus bona proſcribuntur; hinc **útlegd** mulcta, it. exilium.

V.

vad, **vod**, veſtis, corporis involucrum, AS. *væde*, Al. *wad*, Ger. *wand*, cæt. probabiliter à **vida** & **vinda**, glomerare, involvere, circumducere, unde **vadr** funis, **vida** ſpira fili, it. vinculum: vel, ut plerisqve placet, refer ad Gr. ἐσθὴς, Lat. *veſtis*, qvod ab ἕω induo.

vaka, vigilia, excitatio, AS. *vacce* vigilia, 2) **vaka**, mador, humor, vid. **vókvi** humor.

vaki, **vakta**, vigilo, non torpeo, Ulf. *vakan*, AS. *vacian*, Germ. *wachen*, D. *vaage*; revera i. q. Lat. *vigere*, *vegere*, (conf. **kvika** agi, moveri); hinc **vakinn** vigil, **vakinn oc ſofinn**, perdius & pernox.

vakr, alacer, excitatus, agilis, celer, AS. *vacor* vigilans, Ger. *wacker* expeditus, alacer, elegans, conv. Lat. *veges* & *vegetus*, nec non *acer*, demtâ labiali.

vala, parca, [XI, 10. a] fata ſortiens, à **vel** eligo ſortior, (ut μοῖραι parcæ, à μείρω divido), hanc tamen etymologiam vix reſpicit **Edda**, ubi: **Völur heita þær ſem vil ſpá, nornir þær ſem navd ſkapa**, i. e. *Valæ* dicuntur, qvæ res ſecundas prædicunt, *Nornæ*, qvæ adverſa creant. Gudm. Andreas derivat **vala**, à Gr. βȣλὴ conſilium, unde, ut volunt, σίβυλλα fatidica, q. d. Jovis conſiliaria.

vald,

vald, vis potentia, AS. *vald*; Dan. *vold*, Germ. *gewalt* idem, à **veld**, valo, possum, efficio, valeo, *veoldan*, D. *volde* idem, conv. Lat. *valeo* & *valor*.

valin-kunnr, probatæ fidei, q. d. bene notus, **valinn** electus, item præstans, egregius, **kunnr** notus.

van, **von**, spes, AS. *vene*, Ger. *wan* opinio; pleriqve ab AS. *ven* fortasse, ut **efa** dubitare, ab **ef** si; potius **von** spes, & **van** opinio, κατ' ἔτυμον exspectatio, vel fixa cogitatio, in qva per stamus & hæremus; ab AS. *vunian*, manere, per stare, Al. *wonen* præstolari, commorari, convenit **vani** consvetudo. q. v.

van, defectus, Ulf. *van* idem, of **eda van**, nimium, vel nihil; à particula priv. **ve**, **van**, multis ll. communi, qvæ affinis negativo. ó, ú, AS. Al. Ger. *un*.

vandi, consvetudo, usus, (VI. 7. d) cura, studium, exercititium, [XI, 2. b] difficile, arduum, ubi cauto opus est, [I, 7. b] **þat er vandi**, difficile est, dicimus ubi qvid multam curam, rerum, usum, sive peritiam postulat, **vandi**, à **ven**, venda, exerceo, assvefacio.

vandr, qvi aliqvid cum cura & studio facit, sive fieri vult, morosus, it. difficilis, arduus, à **vandi** mos.

vandr & **vondr**, malus, latissimo sensu, Dan. *ond* idem, Svet. *ond* malus, teste Ihre, (conf. & vitam Ansg. 73, ubi non bene vertitur difficilis) it. furens, iratus; sicut **illr** malus, de iratis & exacerbatis humili locutione dicitur; sed hic scalam significationum invertendam esse mox ostendam: **vandr** malus, vel à **vandr** difficilis, morosus, ferè sicut Gr. πόνηρος laboriosus, πονηρὸς malus, utrumqve à πόνος labor: vel qvod malim, **vondr** & Dan. *ond* malus, i. q. Sv. *ond* furens, (hoc vero ab **ódr** præceps, furens), unde Sv. *ondska* furor, ira, nobis latius **vondska** furor, it. omnis malitia & neqvitia.

van geyma, negligere, (II, 4. b).

vani, m. mos, solitum, AS. *vuna* & *gevuna*, D. *vane*, Sv. *wana* idem, Al. *wanen* solere, AS. *vunian* manere, qvæ duo idem, unde AS. una voce *avunian* manere, it. solere, Ger. *wohnen* manere, *gewöhnen* adsvescere, solere, q. d. in more manere.

van-kunnastá,

van-kunnásta, ignorantia, [II. 14. b] vid. **kunnásta**, notitia.
vanr, solens, [XI, 9. a] in aliqva re assiduus, à **vani**: aliud poët. **vanr** destitutus, carens, **vanr drengia** carens nautis, **O. M.** 98. de nave, **hringa vanr**, aureis torqvibus indigens, **Edd. S.** Al. *wan*, Lat. *vanus*, eôdem sensu, à **van** defectus.
van-rækt, f. negligentia, [II, 4. a] **rækt**, f. cura, tenax memoria. vid. **rækia**.
vansi, detrimentum, dedecus, [VI, 2. a] à **van** defectus. q. v.
vara, monere, **varaz** vitare, cavere sibi; à **varr** cautus, observans, **vari** cautela, cura, Gr. ὤρα idem: **vara** moneo, & **vari** maneo, formas miscent.
varda, custodire, cavere; imperf. **vardar** interest, refert, q. d. cavet vel custodit; **vardar hónum fiórbavgs gard**, pœnam fiorbögicam illi affert, (I, 4. b). sic dicimus **þat vardar þik**, tua refert, tibi utile est, acsi dicas, tibi cavet Ulf. *vardjan*, AS. *veardan*, Ger. *warten* observare, custodire.
vard-veita, custodire, (I, 3. a) **vórdr**, **vardr**, custos, custodia, **veita-vard** custodire.
vargr, extorris, exul, **Gg.** passim, item latro, civitate expulsus, (XI. 6. b). 2) **vargr** lupus, fera profliganda, Lat. b. *wargus* exul, it. latro; omnia per metath. ab AS. *vræca* exul, *vræc* exilium, nobis **rækr** profligandus, abigendus; ut recte observat Wachter, etymum afferens Ulf. *vrikan*, AS. *vræcan*, nobis **reka**, pellere, profligare.
varmr, calidus, AS. *vearm*, Ger. *warm*, cæt. Junius à Gr. φέρμος calidus, Lat. obs. *formus*, conv. *fervor*, *ferveo*.
varna, tueri, resistere, negare, (I. 7. a). à **vórn**, defensio, item prohibitio, Ger. *warnen* curare, defendere. vid. **ver** tueor.
varnadr, cautio. 2) id cui cavetur, bona & facultates.
varygd, **varhygd**, præcautio, (III. 10. b) **varygr**, **varhygr**, circumspectus, **varhugi** mens cauta. vid. **hugr** mens.
vatn, aqva, Dan. *vand* idem, per metath. à seqv.

vatr,

vatr, aqva, (VII. 6. a) Ulf. *vate*, AS. *vater*, Ger. *waſſer* idem, Gr. ὕδωρ & ὕδος aqva, omnia fortè à noſtro á aqva, vel ut volunt, ab ὕω irrigo, pluo: affine eſt **údi**, irrigatio, Lat. *udor*.

vatr, votr, humidus, madens, AS. *væt*, D. *vod*, Lat. *udus*.

ve, jus, religio, pax, (V, 7. b) i. q. AS. *æ*, Al. *ewa*, Ger. *ehe*, jus, religio, fœdus, levi mutatione, à Gr. ἅγος veneratio, it. res ſacra, id qvod veneramur: hine porro AS. *vih*, *vig*, Ulf. *veiha*, ſanctus, Gr. ἅγιος ſanctus, venerabilis.

vefr, tela, textile, [VIII, 13. a.] AS. *veb*, Germ. *web*, Gr. ὑφὴ textura, **vef**, vof, of, texo, Gr. ὑφάω, qvibus affine eſt **vef**, vafda, vincio, obligo, involvo.

veg, vog, vo, tollo, pondero, fero, **vega heim hey**, fœnum vehere domum, **Gg**. AS. *vægan* tollere, ponderare, ferre, Lat. *vehere*: convenit AS. *vegian*, & Ger. *wegen*, movere.

veg, vog, vo, cædo, (XIII. 9. c) ſed ſenſu proprio & paſſim uſitato, attollo ſive vibro enſem.

vegligr, honeſtus, decens, [VIII. 15. a] à ſeqv.

vegr, via, Ulf. *vigs*, AS. *væg*, cæt. olim Lat. *veha* via, ubi qvid vehitur; ab AS. *vægan*, nobis **vega**, Lat. *vehere*.

vegr, honor, ſucceſſus, proſperitas, (VIII. 5. a) & alibi, **vegr oc ágæti**, honor & gloria, **Volſ**. ſ. 8. **vegs-kona**, matrona gravis & honeſta, **Ol. ſ. T.** **vegr** honor i. q. **vegr** via, ſicut **gengi** & **gángr** greſſus, inceſſus, it. progreſſus, ſucceſſus, felicitas. **Ol. ſ. T.** p 110.

vegr, modus, Gr. μέθοδος, **einnveg**, ſimiliter, (VIII, 15. a) **þannveg**, hac ratione, [XIII. 12. a] ſæpe ſcribitur **þanneg**, **þannug**, **einneg**, **einnug**.

vegſama, venerari, [XIII. 8. a] **vegſemd**, veneratio.

veikleikr, infirmitas, **veikr** infirmus, qvi cedit, AS. *vac* flexilis, debilis, D. *væg*, Ger. *weich*, mollis; à **vik**, veik, cedo, non reſiſto, Gr. εἴκω cedo: forte convenit Lat. *æger*.

veit, viſſa, ſcio, video, **veit til ſudrs**, ad auſtrum ſpectat, Ulf. *vitan* videre, ſcire, AS. *vitan*, Germ. *wiſſen* ſcire; convenit Gr. εἰδέω ſcio, & εἴδω cerno, Lat. *video*.

veita, præbere, exhibere, (I. 3. a) propriè, oſtendere, monſtrare, veita vatni aqvam ducere, aqvæ tranſitum monſtrare; adeoqve veita, i. q. viſa, Germ. *weiſen*, monſtrare, it. exhibere; Ihre putat veita eſſe i. q. vita, ſcire; ſed alio ſenſu dicitur ek veit (vel kann) þer þackir, gratias tibi habeo, gratias te mereri ſcio; locutio Anglo-Saxonibus & Germanis qvoqve nota.

veitzla, præbitio, convivium, (VIII, 13. c). 2) tributum, reditus, H. k. VIII, 99. 3) præfectura, Latine *munus*, 4) auxilium, Liosv. ſ. 2.

vek, vak, excito, expergefacio, Ulf. *vakian*, AS. *veccan*, Germ. *wecken*, cæt. à vaka vigilare. q. v.

vel & val, bene, belle, var vel til þeirra, bene illos tractavit, (VIII, 5. a) Ulf. *vaila*, AS. *vel*, Al. *wola*, bene; cognatum videtur vil voluntas, val optio.

vendiliga, curatè, (III. 8. a) úvendiliga, ſine ſtudio & curâ, perfunctorie, Gr. ſ. 36. à vandi, ſtudium. q. v.

venia, mos, vide vani.

ver, varda, tueor, curo, proſpicio, AS. *veran*, Ger. *wehren* tueri, defendere, *waren* curare, cavere, cæt. cognata ſunt Græca, ὁράω tueor, video, ὠρέω curo. Imperſ. ver intereſt, refert. [XII, 5. b]. q. d. cuſtodit, curat, vid. varda.

verd, vard, fio, it. neceſſitatem habeo, (XIII. 14. a) Ulf. *vairthan*, AS. *veorthan*, Al. *werden*, fieri: convenit er, ſum, fut. verd ero; unde formatum verda fieri, recte judicat Wachter.

verd, pretium, q. d. eſſentia, qvalitas & conſtitutio rei; à vera eſſe, AS. *vert*, Germ. *werth*, D. *vard* idem; hinc verdr pretioſus, qvi eſt in pretio, dignus, AS. *vyrde*, idem &c.

verdleikr, meritum, à verdr dignus, qvi meretur.

verk, opus, AS. *veork*, Al. *werch*, cæt. Gr. ἔργον opus, convenit orka efficacia, virki, yrki, opus.

verkr, dolor corporis, (II, 1. b) AS. Sv. *værc*, D. *vark* idem.

verp, varp, jacio, [XIII, 9. c]. AS. *veorpan*, Ulf. *vairpan*, Ger. *werfen* jacere, 2) verpa eniti, de avibus; ut Ger. *werfen*, eniti, de brutis aliis. Dicimus qvoqve kaſta jacere, it. eniti, de eqvabus.

veſter:

vester-hemd, Germ. velamen lustrale, [VIII, 12. a] q. d. stola aqvæ, sicut *west-parn* neophytus, apud Wachterum, q. filius aqvæ, vel f. fontis; hic vester i. q. Ger. *wasser*, nobis vas, vos & vatr aqva, unde vos-klædi vestis aqvæ, i. e. imbre vel aqva madens; adde qvod vatr & vatn, passim notat sacrum fontem, (VII, 2. b). alibi; inde vazsár sinum vel orca aqvæ, i. e. baptisterium.

vetr, hiems, AS. Dan. *vinter*, Ger. *winter*, cæt. derivant à vedr, vindr, Germ. *wetter*, *wind*, ventus, procella, qvod & innuit Edda. fab. 17.

vex, vox, ox, cresco, AS. *veoxan*, Ger. *wachsen*, D. *voxe* crescere, cognatum est eyk augeo, αὔξω.

vid, nos duo, (XI. 2. d). dat. & acc. ockur, pl. ver nos plures, AS. *vit* nos.

vid, vidr, ad, erga, contra, Ulf. *vithra*, AS. *vither*, Ger. *wieder* contra, forte à Lat. *ad*, vel and, endr, ante, contra.

vidhef, adhibeo, (IV, 10. a) hann hefir vid, superbit, adhibet (cultum vel gestum magnificum), comam servus gerit.

vidr, silva, lignum, (VIII, 10. a) AS. *vode* silva, A. *wood*, Dan. & Sv. *ved* lignum, Gr. ὕλη silva, materia, Heb. עץ arbor, lignum; Wachter & Ihre, à Germ. *wald* silva, Gr. ἄλσος, Æol. ἄλδος idem.

vid-smiór, oleum, (VIII, 11. a) q. d. pingvedo silvæ.

vig, cædes, pugna, [VI. 8. a] propriè gladii vibratio, dimicatio, à vega cedere, dimicare, q. v. hinc Al. *wige* prælium, Ulf. *vigan*, AS. *vigian* pugnare.

vigia, consecrare, Ulf. *veihan*, Al. *wihan*, Ger. *weihen*, Dan. *vie* idem, ab AS. *vig*, *vih* sanctus, vid. ve.

vika, septimana, [XIII. 14. c] AS. *veoc* & *uca*, Dan. *uge*, Germ. *woche*, hebdomas. 2) vika milliare, fere itineris marini, vid. Ihre; de terrestri tamen milliari sumit, Th. s. Hans bú gardr lá eigi firr borginni, enn einar tvær vikr, i. e. Villa ejus non nisi duobus milliaribus ab urbe distabat; qvoad etymum vika gra-

dus

das temporis vel loci, à vik cedo, loco moveor, unde vik, n. cessio, motus.

vili, voluntas, Ulf. *vilja*, AS. *villa*, D. *villie*, cæt. à vil, volo; hinc etiam vildr placitus, gratus, vil, f. volupe, placitum, AS. *vela* felicitas.

vil-kaar, D. conditio, [XII. 4. a] Ger. *will-kühr*, Sv. *will-kor* idem, q. d. libera optio, nobis kiór, ker, Dan. *kor*, *kaar* optio, item conditio, sors, à kera Al. *keran* eligere, petere: nihilominus nostro ker sono & sensu simile est κὴρ sors, fatum.

villa, vagatus, error, [XI, 9. a] villudyr fera à vagatu, villu-mórk silva erroris, ubi erratur, villu-grös, herbæ erraticæ, villr errans, D. *vild*, Camb. *gwill* idem, AS. *vild*, Ger. *wild* ferus, proprie errans & vagabundus, convenit Germ. *wallen* errare, Lat. *palari*, Ger. *wallung* error, vagatus: aliis villr proprie silvestris, à Ger. *wald* silva.

vinátta, amicitia, (VIII. 6. a) egr adjectivi, átta substantivi terminatio, kunn-egr sciens, kunn-átta scientia, ut videtur, petitum, ab ega habere.

vinr, amicus, AS. *vine*, Al. *wino*, D. *ven* idem, forte i. q. poët. unnr amicus, fautor, ab unna favere: remotius videtur vandi, studium, observantia, obligatio, vanda-menn necessarii, q. d. observandi.

vinstri, sinister, Dan. id. AS. *vynster*, Al. *winister*, cæt. Wachter non malè à Latino, Ihre à van, defectus, ut It. *manca* læva, à *mancus*.

virding, honor, æstimatio; à virda æstimare, pretium ponere. vid. verd.

virduliga, honorificè, digne, [XIII. 8. a].

vís, sciens, sapiens, AS. D. *vis*, Ger. *weis* idem, à vita scire.

vísa, modus, institutum, mos, AS. Dan. *vise*, Germ. *weise*, Gall. & A. *guise*, idem: proprie vísa ratio, vel scientia rei gerendæ, à vís sciens, vel vísa scire facere, monstrare; sic skynsemi sapientia, ratio, sæpe veteribus, modus, norma, imitatone dictionis Latinæ: aliter

aliter Ihre & Wachter, qvibus *visa*, *weise* ratio existentiæ, à vera ol. vesa esse. 2) visa, versus, carmen, vel ipse modus musicus, Teutonibus *wisse* dictus, teste Junio: visa hoc sensu, i. q. visa mos, institutum, sicut Lat. *modus* apud poëtas sæpe metrum sive carminis mensuram notat, & Gr. *νόμος* mos, institutum, it. cantilena, modus musicus; Ihre tamen radicem ponit fenn. *weisan* canere, Wachter Gr. *ᾠδὴ* *ode*, ab *ἀείδω* cano, unde nostrum óðr poëma.

vit, scientia, notitia pl. vit organa sensoria, AS. *vit*, D. *vid* sapientia, Germ. *witz* acumen ingenii: in plures vocis significatus data meliore occasione inqviram.

vithe, Dan. probare, [XI. 11. a] nobis vita scire, vet. Svet. *wita* & *weta* scire, probare, testimoniis convincere.

víti, culpa, crimen, it. pœna, (XIII. 9. c) se víti, mulcta. Gg. hendi þic víti, si in aliqvod crimen incideris, Ol. s. T. II. p. 112. AS. *vite*, Svet. *wite* pœna: inde víta vituperare, AS. *vitan*, Svet. *wita* increpare, arguere, (Ihre hoc ab illo) mihi víti non aliud qvàm Lat. *vitium*, Gr. *αἴτιον* culpa, crimen.

vitni, testis, testimonium, D. *vidne* idem, vet. Sv. *wita* probatio, AS. *vita* sciens, it. testis, qvi rem gestam vidit, *gevita* conscius, item testis.

vitorð, notitia, [III, 4. b] orð in fine vacat, ut in bana orð nex, lof orð promissum, feigðar orð mortis instantia, H. K. I. cap 14. Sv. *wits-ord* probatio.

vitr, sciens, sapiens.

vopn, vapn, arma, AS. *væpna*, Ger. *waffen*, vet. Sv. *wakn*, cæt. à veifa versare, *vibrare*, sive vega dimicare, cædere, hic visl ferula, fustis, Sv. s. cui accedit Gr. *ὅπλον* telum, *ὅπλα* arma.

voði, vaði, periculum, malum præsens, Dan. Sv. *vaade* idem, à vo, va, malum, ærumna, dolor, HK. III. 36. þat er va lítil þótt ver síðim, leve malum sive culpa est, qvod veneficiis operam demus, Hálfs. s. 8. vo vaktiz þar, ibi malum ortum est. St. lifa i va oc vesóld, in ærumna & infortunio vivere: inde vo-

ligr malus, improbus. Foſtbb. ſ. 2) vá, vó ſagena, Gg. Danis *vaad* idem.

vor, var, ver, D. *vaar*, Gr. ἔαρ, ἦρ, ver, it. diluculum; convenit ár initium, diluculum, AS. *or* initium, *æring* diluculum, omnia ab AS. *ær*, Al. *er* ante, prius.

vökvi, humor, mador, (IV. 11. a) etiam vaka humor, St. v præfixo, à vet. á aqva, AS. *ea*, Al. *aha* idem: his adde ipſum Lat. *aqva*, qvod à noſtro vaka non adeo multum diſcrepat.

vænn, egregius, elegans, (VIII. 1. b) ſed primo & proprio ſenſu, bonæ ſpei, de qvo bene ſperatur; vænn til lids oc vits, qvi ſpem de ſe facit, ut olim fiat vir frugi & ſapiens. H. k. XVI. 1. à von, van ſpes. q. v.

væta, humor, à votr, humidus, q. v. fortè convenit *madeo* & *mador*, v & *m* permutatis, ut in aliis: vera *mora*, viſa *mos*, ver *mare*, *wonen*, *manere*, cæt.

vættr, vottr, teſtis, [XI, 13. a] à vita ſcire, videre, vel vet. Svet. *wita*, *weta*, probare, convincere. 2) vættr cuſtos, vigil. Gavtr. ſ. 4. q. d. videns, obſervans; niſi vættr, hoc ſenſu; ſit i. q. Ger. *wächter* cuſtos, uſitatâ nobis contractione.

vættr, m. vætt, f. genius, (XII, 14. b) vi vocis cuſtos, tutanus, land-vættir, genii terræ tutelares, dii patrii. Aliud vætt, f. pondus, it. res, aliqvid; à vega ponderare.

Y.

yfir, ſuper, AS. *ofer*, Al. *ubar*, Ger. *über*, Gr. ὑπὲρ, cæt.

yfirbót, expiatio, [XI. 2. c] bót emendatio, it. mulcta, AS. *bot*, D. *bod*, Germ. *buſſe* emendatio, pœnitentia.

yfirbæta, expiare, bæta, AS. *betan*, Ger. *büſſen* emendare.

yfirſetukona, obſtetrix, ſitia yfir aſſidere, obſtetricare, Ger. *beyſtehen* idem, ſic nærkona obſtetrix, qvod habet Stiorn. Alias dicitur liós-módir, q. d. mater lucis, qvomodo Juno *Lucina* dicebatur,

batur, qvod *horis lucinis* adſit, ejusqve beneficio partus in lucem edatur.

yppin, Svet. apertus, Isl. opinn, AS. *open*, Dan. *aaben* apertus. 2) opinn ſupinus, reſupinus, Gr. ſ. alibi, Dan. *vindaaben* idem, Gr. ὕπτιος ſupinus; opinn ab op apertura, foramen, Gr. ὀπὴ idem, Wacht. ab adv. aperiendi *opp*, *upp*.

yr, ex, (XI. 15. a) alias or, ur, er, idem; AS. *or*, Germ. *er*, ex, Lat. *re* per metatheſin.

yrki, orkta, & orta, facio, item verſus facio, [XIII, 13. a] ut ποιέω utroqve ſenſu; ab orka efficacia, valor, vel yrki opus, item poëma; cognatum eſt verk opus, verki, m. opus, it. poëma, Ol. ſ. T. pag. 107. alibi.

ytar, poët. viri, [XIII, 14. a] ytr ſtrenuus, præſtans, q. ad ulteriora tendens: ab út extra, ultra, ſic framr præſtans, à fram

ytri & ydri, exterior, ſuperl. yztr extremus, Ger. *äuſſer*, *äuſſerſt*, idem; ab út extra.

Þ.

þacka, gratias agere, [VII, 4. c] AS. *thancian*, Ger. *danken*, D. *takken*, cæt. à þöck gratia. q. v.

þagat, þegat, þigat, eo, (VI. 15. a) alias þingat, þangat, Svet. *thingat*, *thangat*, eò; omnia à þá, Ger. *da*, tum, item ibi, illic.

þarf, þurfta, opus habeo, (I. 6. b) Ulf. *thaurban*, AS. *thearfan*, Al. *tharban*, indigere, opus habere, à þörf, opus. q. v.

þáttr, libellus, pars operis majoris; ſed proprio ſenſu, eodemqve uſitatiſſimo, þáttr funis vel fili craſſioris filum tenuius, ſive nervus dividuus; à þyda ſolvere, explicare, diſtingvere. q. v.

þeckr, gratus, acceptus, alias þægr idem, à þigg, þag, accipio. q. v. Ut cognatum δεκτὸς acceptus, à δέχομαι, Lat. *acceptus* ab *accipio*, Ger. *genehm*, à *nehmen*.

þegar,

þegar, cum, it. jam tum, mox, [II. 14. a] à þá, Dan. *da* tum, cum, inferta palatinâ.

þiþ, vos duo, (VI. 13. a).

þickir, vel potius þyckir, þokti, þotti, videtur, inf. þíckia, AS. *thincan*, Al. *thunkan*, Germ. *dunken*, videri. Gr. δοκέω existimo, δοκεῖ videtur, inde þótti judicium, fententia, Dan. *tykke* idem.

þigg, þag, þa, accipio, item impetro, (XIII. 8. a) AS. *diggean* accipere, D. *tigge* mendicari, petere; cognatum eft tek accipio, qvod vide.

þil, n. tabulatum, [X. 8. a] AS. *dille* idem, Ger. *diel*, Svet. *tilja*, affer, planca, Lat. *talea* lignum utrinqve planum: inde þilia, AS. *thilian*, Ger. *dielen* coaffare, contabulare.

þíng, colloqvium, it. conventus, forum: þau ero i þingum, ille & illa in colloqviis funt, i. e. identidem colloqvuntur, Al. *ding* fermo, colloqvium, it. judicium, D. & Sv. *ting* conventus, neqve dubito huc referendum effe Gr. δίκη jus, judicium, &c. 2) fyneed. þing res, aliqvid, Al. & Ger. *ding*, Dan. *ting* idem: fic hót verbum, it. res aliqvid, & multa fimilia, etiam in ll. aliis.

þínga, colloqvi, convenire, hvad þingit þer, qvid colloqvimini, Gr. f. Al. *dingen* loqvi; qvin affine eft φθέγγομαι loqvor, & Lat. *dico*, per fyncopen.

þíngat, cò, [III. 6. a]. vid. þagat cò.

þióþ, gens, populus, Ulf. *thiuda*, AS. *theod*, Al. *deot*, Camb. *tud* idem; forte þióþ populus fubditus, à þiá fubigere; vid. lyþr. Wacht. à ver. *tud*, *tit*, terra, Gr. τηθὺς idem.

þióna, fervire, AS. *thenan*, Al. *deonan*, Ger. *dienen*, Dan. *tiene*, à þión, AS. *then* famulus, fervus; affine eft þy, AS. *thiov* fervus, þián, f. afflictio, fervitudo, à þiá affligere, in fervitutem redigere.

þiónufta, minifterium, (I. 10. c) facra cœna, (XIII. 12. a) AS. *dionoft*, Ger. *dienft*, D. *tienefte* minifterium, officium.

þoli, þolda, tolero, AS. *tholian*, Al. *tholen*, *dolen*, Dan. *taale*, Ger. *dulden* pati, Gr. ταλάω fero, patior, Lat. *tolero*.

þora,

þora, audere, AS. *dearran*, *dyrran*, A. *to dare*, audere, Gr. *θαῤῥέω* audeo, confido; ubi ficut apud nos, t initiale fibilat.

þǒck, f. qvod gratum eft, gratia, AS. *thanc*, Ger. *dank*, Dan. *takk* idem; convenit **þága** complacitum, res grata, à **þigg**, **þag**, accipio, vid. **þeckr**, gratus, acceptus.

þǒrf, f. utilitas, utile, qvod opus eft, it. indigentia, (II. 5. a) **vinna þǒrf**, præftare utilitatem, i. e. fufficere, [XI, 2. b] phrafis veteribus familiaris; AS. *thearf*, opus, neceffitas, à **þarfr** utilis.

þrenning, trinitas, à **þrennr** trinus, cognatum Latino.

þrettándi, epiphania, q. d. decimus tertius, ɔ: natalitiorum dies; **þrettán** tredecim, D. *tretten*, corruptè à Ger. *drey-zehen*.

þrevetr, trimus, qvi eft **þriggia vetra**, trium hiemum.

þritogr, tricenarius, vide **togr**, **tygr**, decas.

þumall & **þumlúngr**, pollex chirothecæ, à **þuma**, **þǒm**, incifio, foramen, cui manus vel digitus inferitur. Hinc

þumal-fíngr, pollex, digitus proprii receptaculi, qvod antiqva chirothecæ forma reliqvis qvatuor non affignavit; indidem, AS. *thymel* & *thuma*, pollex, Germ. *thaume*, A. *tumb* idem, cæt.

þurr, aridus, AS. *thurre*, Dan. *törr*, Ger. *durr*, idem; inde **þurka** *tergo*, **þerra** *torreo*.

þvattr, lavatio, (X. 1. b) Dan. *tvætte* idem, à **þvæ** lavo.

þvatt-dagr, dies Saturni, (XI. 5. c) **þvatt-nátt** nox diem Saturni præcedens, **A. R. þ.** 15. nempe à lavationibus, vid. **laugardagr.** 2) **þvatt-dagr** Sabbatum Judæorum; ut viciffim *Sabbatum*, apud medii ævi fcriptores, interdum diem Saturni notat.

þveginn, lotus, (VIII, 12. c) AS. *thvogen* idem.

þvi, ergo, qvia, (I. 6. b) reverâ abl. anomalus à fa ille, ut *eò* ab *is*, dicimus & **þi**, D. *ti*, qvia. **þviat** qvia, [VI, 6. b].

því-likr, talis, [XIV. 13. b] Dan. *deslige*, Svet. *thylick* & *tholik* idem, olim contractè. Sv. *tolke* talis, vid. **flikr.**

þvæ, **þog**, **þo**, lavo (IV. 2. b) inf. **þvo**, Ulf. *thvahan*, AS. *thvehan*, Germ. *zwagen*, D. *tue* lavare: forte cognatum Ger. *thauen*, Dan. *duge*, irrigare; nobis *deigia*, humectare.

þydna, liqveſcere, (IV, 10. a) inchoat. à þyda liqvefacere, item ſolvere, explicare, Dan. *tyde*, Belg. *tviden*, Germ. *deuten*, explicare, à ſeqv.

þydr, liqvidus, regelatus, à þá, liqvor, liqvefactio, [glaciei] ℌE. III. 34. Camb. *tawd* idem, qvo & ſpectat Lat. *tabes*, i. e. nivis liqvefactio, convenit qvoqve Germ. *thau*, vel *tau* humor, vapor, *tauen* rorare, it. in humorem diſſolvi (de nive), Dan. *töe* liqvare, regelare. vid. dögg ros.

þyrmſl, f. parcimonia, abſtinentia, à þyrma, parcere, it. abſtinere.

Æ.

æ, ſemper, (XIII, 6. c) Ulf. *aiv*, AS. *a*, *aa*, vet. Svet. *e*, *æ*, Gr. *ἀεὶ*, idem: in compoſitis ei & ey, ut eilifr & eylifr, perennis, ſemper ſuperſtes.

ædri, nobilior, præſtantior, (XIII, 8. a) ædſtr præſtantiſſimus, ſummus, [VII, 6. b] proprie notat naturâ meliore præditum, ab ódr ingenium, naturæ dotes: hinc & ædlingr vir nobilis & ingenuus.

æfinliga, ſempiternè, (XIII. 8. a) æfi ætas, Ulf. *aiva*, Lat. *avum*, Gr. *αἰὼν* idem, Heb. חוה vita, ætas, um æfi ſemper, ut Latini dicunt *ætatem* i. e. perpetuo.

ærr, præceps, furens, non differt ab órr, citus, percitus, q. v. Sv. *yr* vegetus, vvax, it. furens: ærr, órr, ſecundum etymum, proclivis, qvi fertur ulterius, temperantiæ vel modeſtiæ limites aliqvo modo excedens, à præpoſ. or, er, ab, ex.

æſka, ærſka, juventus, [XIII, 14. b] propriè ætas vegeta & alacris, ab ærr præceps, vel órr excitatus alacris, item junior, vide ſ. l. Sv. *yr*, vivax, vegetus; hinc ærſka. ſcribunt NKK. ſſ. cap. 90. ubi rhythmus notetur.

Ærſkan

Ærſkan veldr, at Irſkum i. e. in cauſa eſt juventus, qvod Hibernæ

Ann ec betr enn mer ſvanna, faveam plusqvam mihi puellæ.

Aliqvando ab ár initium, derivavi ærſka ætas iniens.

ætla, deſtino, volo, [VIII. 4. c] Gr. ἐϑέλω volo, **ætlan**, inſtitutum, (III, 2. a).

ætt, **átt**, familia, Dan. *æt*, Sv. *ætt* genus, qvod qvisqve poſſidet & proprium habet: inde **áttúngr** cognatus, familiaris. 2) **ætt** & **átt** cæli plaga & proprius ſitus; **norðr ætt** regio cœli borealis, q. d. poſſeſſio boreæ, ab á, atta, poſſideo, habeo. Sic **hálfa** diviſio, pars, 2) familia, 3) plaga cœli.

Menda.

ἀκβίβεια leg. ἀκρίβεια. Prol. lin. 13
Judaaeus leg. Judæus. p. 6. lin. 34.
Susensus, l suspensus. p. 12. lin. 6.
acciperunt, l. acceperunt. p. 34. lin. 5
ibid. num. p. 43. lege 34.
pauciore, l. pauciores. p. 36. lin. 14.
insgratiis, l. ingratiis. p. 36. lin. 16.
gentlismo, l. gentilismo. p. 39. lin. 13
cerimoniâ, l. cerimonia. p. 46. lin. 7.
borealiis, l. borealis. p. 47. lin. 6.
ſcarl, lege ſcal. p. 48. lin. 17.
molſelli, l. mosſelli. p. 62. lin. 2.
ſanctificia, l. ſanctifica p. 67. lin. 16.
ſanctificicavit, lege ſanctificavit. pag. 71. lin. 26.
Pauli, lege Sauli. p. 72. lin. 7.
antiqvatis, lege antiqvitatis. p. 74. lin. 12.
farglig, l. fagrligr. p. 101. lin. 7.
vhighia, l. vighia. p. 113. lin. 16.
or, lege oc. p. 119. lin. 20.
popter, l. propter. p. 123. lin. 22.
ordinario, l. ordinatio. p. 163. lin. 5.
ambigeas, l. ambigas. p. 167. lin. 8.
infermi, lege inferni. p. 180. lin. 28.
dilaturus, l. diluturus. p. 181. lin. 28.
oblgantur, lege obligantur. pag. 183. lin. 29.
hoc carmine, lege huic carmini. pag. 186. lin. 18.

In Gloſſario.

ἄμφμω, lege ἄμφω. pag. 5. lin. 9.
βαθμεον, lege βάθρον. pag. 5. lin. 25.
mandalum, lege mandatum. p. 6. *Lin.* 26.
paragocice, lege paragogice, p. 11. lin. 11.
dignitale, lege digitale, p. 15. lin. 3.
ſva, lege ſva. pag. 17.
ſchedus, lege ſchedas. p. 21. l. 30.
huic, lege huc. p. 40. lin. 30.
kiðiut, lege kviðiut. p. 37. lin. ult.
miόka, lege miólka. p. 47. l. 19.
ſeigenenr, lege ſeigneur. pag. 62. lin. 34.
ſſnær, lege ſnær. p. 67. lin. 1.
ókn, lege ſókn. p. 67. lin. 3.
exercititium, lege exercitium. p. 79. lin. 14.